Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

urn:nbn:de:hbz:061:2-9017-p0001-4

Quiricius Augusti Terthonensis

DV 14

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

urn:nbn:de:hbz:061:2-9017-p0002-0

Einband und
Pergament
19./20. Jh.

Augustis

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-9017-p0003-6

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK
– Med.-Naturwiss. Abt. –
DÜSSELDORF
V 13
DV 14

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-9017-p0004-1

# Lumen apothecariorum.

Libellus intitulatus Lumen apothecariorũ
editus a ſubtiliſſimo artiuꝫ ⁊ medicine
doctore domino magiſtro
Quirico de Auguſtis
de Terthona.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

urn:nbn:de:hbz:061:2-9017-p0005-7

DFG

Dv 14 (40)

¶ Incipit libellus intitulatus Lumen apothecariorum
editus a ſubtiliſſimo artium ⁊ medicine doctore domi/
no magiſtro Quirico de Auguſtis de terthona.

**M**ihi ipſi cogitāti qd
meōria di/
gnum mea hac iuuenili eta
te commemorarez venit in
mentem hoc pſis inſtitutū
ne ocioſe vita h̄ noſtra trā/
ſeat. Comperi fere materi/
am omnem occupatam eē
ab illuſtribus doctoribus:
tam antiquis q̄z modernis
Et ni tue petitiones. Joan/
nes Frācisce mi optime fra
ter meā incidiſſent in mēte
profecto tenera h̄ etas ſine
labore decurrebat: ⁊ ſine honore ⁊ fama ↄſumebat. qua/
re gloria tibi erit qui me ſopitum excitaſti ⁊ inertē tuis
arduis petitionibus acceleraſti. ¶ Audias igitur quid
Quirico Auguſto fratri tuo ſcribere coegiſti. Hoc eniz
meo in opuſculo ↄpoſitiones omnes deſcribam que aro
matarijs neceſſarie ſunt: queq̄z communiter ſiunt decla
rando obſcura vocabula: tam greca q̄z arabica ⁊ latina q̄
ab antiquis doctoribus obſcuro ſermone tradita ſunt.
Materia enim vtilis ⁊ neceſſaria. Heu ſummam ignaui
am. Infiniti quidem errores ⁊ mortiferi ſolent ſepe acci
dere apothecariorum quorūdam imperitia ⁊ vocabulo
rum obſcuritate. Quantaue infamia dominis medicis.
⁊ viris egregie doctis inde eueniat excogitari vix poteſt
qui credentes inſtrumenta ſanitatis rite compoſita eſſe
egro ſalutem promittunt. ſperātes huius artis artifices
diſpenſas ſuas ſm mentem Meſue diſpenſare. Et ipſi au
ſu temerario quid pro quo addunt. ⁊ tunc medicine vir
tus diuerſificatur. vt princeps medicorum ſcribit Aui.
quinto canonis. capi. de tyriaca. Et conſequenter vulgi
infamiaz apothecariorū ignauia medici incurrūt. Tu
enim hoc meo opuſculo non indiges. Cum huius artis
tandiu ⁊ doctrina ⁊ experientia cōprobatus fueris. Sed
volui tibi tāquam cariori digniori q̄z ad corrigendum
deſtinare. Quare illum excutias: abijcias q̄z: ſi quid in eo
ſuperfluum comperies: demum illum in lucem adire p/
mittas: vt tuo ingenio libelli q̄z doctrina rudes te imita
ri conentur. Qui ſoles tua prudentia non ſoluz apothe
carios: ſed ⁊ nouos medicos in ordinando dirigere. Va
le diu felix.

¶ Opus quod aggredior in quinq̄z ⁊ decem diſtinctio/
nes erit diuiſum.

¶ Prima erit de confectionibus aromaticis. Et continet
deſcriptiones. 22. Quarum prima eſt.

**E**lectuarium de gēmis Meſue
cuius iuuamētuz
eſt magnū ad egritudines cerebri cordis ſto
machi epatis ⁊ matricis frigidas: ⁊ nos ſu/
mus expti inq̄t Meſue bonitatem eius ad
tremorē cordis: ⁊ ſincopim ⁊ debilitatē ſtomachi: ⁊ q̄n
aliq̄s triſtat ⁊ neſcit radicē: ⁊ ei q diligit ſollitudinem: ⁊
ſunt eo vſi reges ⁊ magnates. trahit. enim eos in ↄſtiaz
bonoꝝ moꝝ ⁊ nobilium ⁊ dilatat aīam ⁊ facit corporis
odorē ⁊ colorē bonū. ¶ R̄. albaꝝ margaritaꝝ. ʒ. ij. frag/
mentorum zaphiri iacinthi ſardinis granatorum ſeru/
zegi. i. ſmeraldi. an̄. ʒ. i. ſ. zedoarie doronigi corticuz citri
macis: ſemi. alphelenſemiſc. i. ozimi gariofilati. ana. ʒ. ij.
corallorum rubeorū karabe limature eboris. ana. ℈. ij.
behē albi ⁊ rubei: ſunt q̄daz radices q̄ de armenia deſe/
runt gariofilorum zinziberis piperis longi croci ſpice
folij. heil. i. cardamomū maius. an̄. ʒ. i. Trociſcorum dia
rodon. Ligni aloes. an̄. ʒ. v. cinamomi galāge zurumbet
eſt radix aromatica. an̄. ʒ. i. ſ. foliorum auri ⁊ argenti. an̄.
aur̄. ʒ. i. ℈. ij. ⁊ grana. v. Muſci boni. ʒ. ſ. Ambre. ʒ. ij. Pl/
uerizentur ⁊ reſeruētur in vaſe vitreato ⁊ obturet os va
ſis. ¶ In hac compoſitione multa ſunt vidēda ꝓ clario
ri ipſius doctrina. Pri° quid ſit ſardis. eſt. n. lapis rube°
ſpiſſus cū ſuba puia ſeu tranſparente. ⁊ dr̄ q̄ eius virtus
eſt q̄ accendit aīum ad gaudiū ⁊ acuit ingeniū: ideo me/
rito in h̄ electuario poſitū eſt. Sz q: cognitio huius la/
pidis nō eſt apud apothecarios. Jō loco ipſius ponunt
rubini. Et h̄ ↄſonū eſt cuidam recepte inuēte in vno anti
quiſſimo Meſue. q̄ dicebat q̄nq̄z generꝝ fragmētoꝝ cō
muniū p̄cioſoꝝ. ⁊ ſic erit lr̄a bona. q: ſi ſcriptū reperires
q̄nq̄z generꝝ fragmētoꝝ cōium p̄cioſoꝝ de q̄nq̄z ſupra
dictis deberes intelligere. ſ. de zaphiri Jacinthi Rubini
ſmeraldi granate fragmētis: ⁊ nō d̄ aliq̄bus alijs. ¶ De
al. ſcias q̄ al p ſe nihil ſiḡt niſi articulū. ſ. hoc. Nam vbi
nos dicimus hoc Arabes dn̄t Al. ⁊ ideo q̄n al miſcet cū
aliq̄ dictione ſiḡt articulū in illa dictione. vt alhaſe. i. lo
thimo ⁊c̄. ¶ Felenıemuſc. differentia eſt de eo inter do/
ctores: quidam dn̄t q̄ eſt ozimum gariofilatū: ⁊ illud ē
ſemen citrinum odoriferꝝ qd̄ colligit a baſilicōe hn̄te fo
lia minuta. ⁊ h̄ opiō v̄a eſt. alij v̄o dn̄t q̄ eſt ſemen meliſſe
Alij q̄ eſt cinamomū: que due opiniones a doctoribus
reprobant ⁊ prima tenet. ¶ Precioſa fragmēta ⁊ mine
ralia cū in aliq̄ cōpōne intrāt ſunt vltimate ↄterenda vſ/
q̄z quo poſſint p ſatis ſpiſſam telā tranſire: ac ēt oēs lapi/
des: vt coralli lapis iudaicus. ⁊ ita ea adminiſtrare vt do
cet nos q̄z monet Aui. cū lapidē iudaicū in calculo iubet
dari illū ſup cotē vel lapidē mollarē ducere iubet vt ma/
gis ſubtilis ſit. igit nūq̄: in triturando eos feſſus ſis. q:
q̄to ſubtiliores tanto pfectiores exiſtunt. ¶ Zurumbet
nō eſt zedoaria: vt Mattheus ſil. expōit cū Aui. 2°. can̄.
diuerſa de eis faciat cap°. ſed zurūbet eſt q̄dā radix ſilis
cipo groſſior zedoaria intus ſubcitrini odore aromatica
⁊ ſapore acuto: minus tn̄ zedoa°: ſed ſi caremus ea loco
ipſius: zedoariam ponimus. ¶ De aureo pōdere dr̄ia ē
inter doctores de eo ⁊ magna. q̄dam dn̄t vt gētilis q̄ eſt
pōdus. ʒ. i. ſ. ⁊ hoc affirmat ſimon Januen̄. Alij dn̄t q̄ ē
ſeptima pars vncie. Sz cōis ⁊ v̄a deciſio eſt q̄ ſi inuenia
tur aureū. i. vt in h̄ loco ⁊ in oīb° alijs medicinis nō ſolu
tiuis idē eſt qd̄. ʒ. i. ſ. in medicinis v̄o ſolutiuis ſi repitur
idē eſt q̄ 7ª ps vncie ⁊ nō pl°. ¶ Inſup q: ↄfectio h̄ ⁊ ſe
quentes pp laſciuiā hoīum fieri ſolēt in morſellis q̄titas
ſpecierꝝ ad zucharꝝ declarāda ē. Jō ad oēz librā. i. zucha.
appōi dz. ℥. i. ſpēꝝ cribellataꝝ. cribellataꝝ dico pp ſim/
plicia q̄ cribellari non pn̄t vt amigdale dactili ſemina oīa
⁊c̄. Ad oēm v̄o li. i. mellis ſpērum cribellataꝝ. vt. ſ. ℥. iij.
Et hoc modo faciendo hn̄t dn̄i medici ⁊ egri virtutē me
dicinarum a doctoribus limitatā. Secus aūt faciūt apo
thecarij noſtri temporis auaritia ducti: q̄ ignoſcat illis
deus ⁊c̄. ¶ Nota iſuper q̄ Meſue dicit. ↄfice cū melle
emblicorū ⁊ collatura geleniabin. Jō ſi forte illa facere
vis: ſcias quod mel emblicorum hoc modo fit. R̄. mira/
bolanorum emblicorum. ℥. ij. aque cōmunis. lib. ij. Te/
rantur ſubtilr̄ dicti mirabolani ⁊ infundant p dies. viij.
in dcāaq̄ poſtea bulliāt vſq̄z ad ↄſumptionē medietatis
deinde colet cū panno lineo bn̄ manib° exp̄mendo: ⁊ in
dicta colatura addat mellis boni. lib. i. ⁊ bulliant ſil̄ vſq̄z
ad ↄſūptionē aq̄ ⁊ coctionem mell̄ ⁊ refuet. h̄. n. dr̄ mel
emblicoꝝ. Accipe ḡ mel. emblicoꝝ: geleniabin. i. mel ro
ſatum. an̄. lib. ſ. ſupraſcriptarū ſpērum. ℥. iij. ⁊ ſil̄ miſce: ⁊
hēbis eliium de gēmis in forma liquida vt ſcribit meſue
⁊ doſis ē ab aureo medio vſq̄z ad aureum vnum. ¶ De
geleniabin inter doctores eſt dr̄ia. nā Aui. 5°. can̄. ca°. de

In pāde
tis ſcri/
bit alfe/
lēgemi/
ze. i. ozi/
mū gari
ofi^m ⁊ in
meſue al
feleīc.

conditis dicit. ꝙ geneliabin idem eſt quod roſa condita
ſiue cum melle ſiue cū zucharo. Et ſic tam zucharū roſ.
q̄ʒ mel roſatum ſm̄ eum appellari pōt geleniabin: ⁊ hoc
idem tenet haliabas. Raſ vero 3° almā. dicit geleniabin
eſt mel roſatum. Quas opiniones reprobat Matheus
ſil. dicēs ꝙ geleniabin idem eſt quod mel roſatum. Sed
ſeleniabin. i. zucharum roſatuʒ: geliabin. i. ſirupus roſa-
tus: ⁊ h̄ opinio ab alijs omnibus doctoribꝰ tenetur. Igi-
tur geleniabin. ſ. mel roſatuʒ ⁊c̄. Et hoc de electuario de
gemmis. ¶ Deſcriptio. 2.

**Diamuſcū** dulce Meſue faciens ad pulſum cor-
dis ⁊ egritudines melancholicas ⁊
ad eum qui triſtatur ſine cauſa ⁊ confert ad egritudies
cerebri ſicut eſt vertigo ⁊ epilepſia ⁊ tortura ⁊ paraliſis ⁊
ad egritudines ꝑlonis ⁊ difficultati anhelitus. ¶ R̷. cro-
ci dorónigi zedoarie ligni alo. macis. añ. ʒ. ij. albarū mar-
garita. ſete crude aduſte karabe coralli. rub. añ. ʒ. ij. ſ. gal-
lie muſ. ozimi citrarie. i. meliſſe. añ. ʒ. ij. ſ. been albi ⁊ rub.
Folij ſpice. gariofilorum añ. ʒ. i. zinziber. cubebe piperis
lon. añ. ʒ. i. ſ. muſci boni. ℈. ij. Pulueriʒentur ⁊ conficiā-
tur cum melle crudo ꝙ ſit quadruplum ponderis om-
nium. hoc eſt ꝙ dicit Meſue in hac compoſitione: ⁊ do-
ſis eius eſt a. ʒ. i. vſq̄ʒ ad. ij. ¶ Circa hanc deſcriptionem.
Nota de ſeta cruda aduſta. Accipe de folliculis ſyrici no-
ui qui nondum pertranſeunt annum ⁊ api: ⁊ extrahe v-
mes quos intus reperies mortuos: ⁊ mūda per optime:
deinde pōe in olla noua dictos foliculos: q̄ coopertorio
lapideo bene tegaṫ: deinde in furno ponatur: ⁊ tantuʒ ꝑ-
mittatur ꝙ poſſint pulueriʒari: deinde extrahanṫ ⁊ vſui
reſeruentur. Hec enim combuſtio fit vt deſiccet ac vt cō-
teri poſſit. In vna alia cōfectione infra reperies ſubtiliter
incidatur. eſt etiam vt bene teratur. igiṫ per h̄ intelligas
ꝙ vterq̄ʒ modus laudatur. Tamen ego nō ſolo h̄ in ele-
ctuario nec in alijs confectionibus cordialibus ſetā cō-
burere: ſed ſubtiliter incidere. Sed ſi comburere vis vtv
ba Meſ. ſonant. Caueas ꝙ illa aduſtio nō ſit incinerās
immo prudenter fieri dʒ: ⁊ taliter ꝙ ſericum ſolū ſit pul-
ueriʒabile ⁊ remaneat ſeta ſm̄ formam ſuam: dicem etiaʒ
crude: q̄ꝛ per coctionē virtus eius extrahiṫ ⁊c̄. ¶ De ozi-
mo. Quādo enim in cōpōnibus reperies ſcriptū ozimi
gariofilati. tunc idem eſt ꝙ ſemen baſiliconis citrinum.
Si vero ozimi ſimpliciter idem eſt ꝙ ſemen baſiliconis
nigrum: ⁊ h̄ colligitur a planta baſiliconis habent folia
lata. Citrinum vero a planta faciente pua folia: ⁊ h̄ eſt ip-
ſorum differentia. Citrinū enim magis aromaticū eſt ⁊
cordiale mag̃ ſcʒ calidum. ¶ Varia reperiṫ littera de ci-
traria. Vna enim dicit vt preſcripſi ⁊ h̄ bona eſt ⁊ ideʒ eſt
quod meliſſa. Alia. n. dicit citrati ⁊ alia ciriaci ⁊ h̄ec cor-
rupte. ¶ Hic bene aduertendū eſt de behen. Behen. n.
ſcriptum duplici ee ⁊ cū h. Idem eſt ꝙ radix alba ⁊ rub.
que ambe portantur de partibus armenie. Sed ben ſcri-
ptum ſolum cum vno e. ⁊ ſine. h. idem eſt quod ſemē ca-
taputie: q̄re hꝫ nota lr̄as ipſas cū in compoſito reperis.
¶ Spica: aliq̄ñ. n. repiṫ ſcriptum ſpice nardi vel ſpice in-
de. ⁊ ambo idem ſunt: aliquando ſpice romane vel ſpice
celtice: ⁊ h̄ duo idē ſunt. q̄re ⁊c̄. ¶ Mel crudū ē qḋ nō ē
coctū. Igiṫ ſi mō ſcripto a Meſue facere vis. Accipe mel-
lis puri. lib. i. ſupraſcriptarum ſpecierum. ʒ. iij. ⁊ permi-
ſce: ⁊ ſic habes mentem auctoris. ſ. mel crudum quod ē
quadruplum ponderis oīum. Si v̓o nō habes mel puꝝ
potes h̄ mō facere. Accipias vnam quantitatē mellˀ quaʒ
volueris ⁊ pone ad ignē ad bulliendū ⁊ ſemper illud di-
ſpumabis q̄uſq̄ʒ mūdum ſit: deinde ab igne amoueaṫ: ⁊
poſt frigidationē ſupraſcripta ſpecieꝝ q̄ʒtitas apponaṫ:
⁊ h̄ mō habes mel crudū ⁊ a ſuperfluitatibus depuratū.
Alij v̓o dicūt ꝙ mel crudū eſt illud qḋ manibus abſq̄ʒ
igne exprimēdo a fauo mellis hētur ⁊ exbitur: ⁊ h̄ opīo
nō oīno ſine rōne eſt fundata: vel illud vel preſcriptum
accipias q̄ꝛ conueniunt. Sʒ q̄ꝛ confectio hec cōiter fit in
forma ſolida accipias zuchari cocti. lib. i. ſupraſcriptaꝝ
ſpecieruʒ. ʒ. i. ⁊ facias in morſellis. ¶ Deſcriptio. 3.

**Diamuſcū** amaꝝ valens ad oīa ea q̄ dicta ſunt d̄
diamuſco dulci: ⁊ ad exiccanduʒ hu-
miditates ſtōi ⁊ putrefactiones eius. ¶ R̷. ſupraſcripta-
rum ſpērum diamuſci dulcis q̄ʒtitatem oēm ſupraſcri-
ptam: ⁊ his addas abſinthij roſaꝝ. ſ. rubeaꝝ. añ. ʒ. iij. alo-
es optimi. i. ſuccotrini abluti. ʒ. ſ. meṫ. diē. ʒ. iiij. caſtorei
keiſim. i. leuiſtici. añ. ʒ. j. cinamomi. ʒ. ij. ſ. Et ꝯfice cū mel-
le crudo ꝙ ſit quadruplum ponderis oīum. ſ. ꝙ ſit qua-
druplum ad ſummā ſpecieꝝ: ⁊ facias: vt. ſ. tibi mōſtra-
ui vel in forma ſolida vel molli ⁊c̄. ⁊ doſis eſt dcā ſupra.
¶ Aloes ſuccotrinū diciṫ aloeʒ optimū. q̄ꝛ inter oēs alias
ſpēs aloes ē melius. Et lauaṫ h̄ mō teraṫ q̄ʒtitas aloes ti-
bi neceſſaria ⁊ rorabis illū aqua pluuiali vl̓ endi. hec. n.
lotio fit vt ipſius acuitas amoueaṫ ⁊ confortatio augeaṫ
donec tm̄ ab aq̄ ſit madefactū. deinde ſoli exponaṫ ad de-
ſiccandum ⁊ ꝑmittaṫ vſq̄ʒ q̄ poſſit denuo pulueriʒari. de-
inde iteꝝ cōtere ⁊ cū predicta aq̄ irrora ⁊ ſoli exponas.
Et illud idē 3° facias: demū poſt exiccationeʒ reſerua ⁊
vtere illo. ¶ De aloe iteꝝ eſt notandū. ꝙ ſunt q̄ illū cō-
burunt quē ponere volunt in hac ꝯfectiōe: ⁊ nō lauāt di-
cētes ꝙ ꝑ ꝯbuſtionē amoueṫ ſua gummoſitas ꝑ quam
laxabat ⁊ ſtōm debilitabat. ⁊ ꝑ h̄ magis ei appropriatur
alia v̓tus ⁊ alia opatio q̄ eſt ꝯfortare. ⁊ iō tunc melius cō-
fortat. Et ob h̄ notādū eſt ꝙ ſi aloes daṫ ad laxādū non
ꝯburiṫ nec lauaṫ. Sed ſi ad ꝯfortandū vel abluiṫ vel cō-
buriṫ: q̄ʒq̄ʒ cōbuſtio ipſius de raro fiat. Modus combu-
rendi eſt. ponaṫ in olla mūda ⁊ ſuper prunas ꝑmittaṫ do-
nec aduraṫ. Semen leuiſtici i ꝯpōnibus apponēdū eſt.
Nō aūt plāta neq̄ʒ radix neq̄ʒ folia. Deſcriptio. 4.

**Diagalāga** Meſue valēs ꝯ̄ morbos ventoſita-
tum groſſaꝝ ⁊ acetoſam eructatio-
nē: ⁊ eſt medicina expta ad malitiaʒ digōnis ⁊ bonificat
opationes ſtōi: ⁊ epatis frigidoꝝ: immo emēdat defectōeʒ
ipſoꝝ. ¶ R̷. galāge ligni aloes. añ. ʒ. vj. gariofiloꝝ: uʒ: ma-
cis. keiſim. i. ſe. leuiſtici. añ. ʒ. ij. zinziberis: macropiperis:
ideſt piperis longi: cinamomi: piperis albi. añ. ʒ. i. ſ. cala-
mēti ſicci: menthe. ſ. domeſtice ſicce. añ. ʒ. i. heil. i. carda-
mōi maioris: ſpice: ſe. apij: feniculi: aniſi: carui. añ. ʒ. i. cala-
mi aro. ʒ. i. ſ. pulueriʒenṫ omnia ſupraſcripta debito mo-
do. zuchari tabarʒet. i. albi vel illius ꝑuincie. ʒ. x. mellis
colati ⁊ diſpumati. ʒ. x. Et fiat ꝯfectio decoquēdo mel ⁊
zuchaꝝ debito mō. Sed q̄ꝛ cōiter fit in morſellis: accipe
lib. i. zuchari: ⁊ poſt coctionē ⁊ aliqualē infrigidationeʒ
adde ſupraſcriptaꝝ ſpēꝝ. ʒ. i. ⁊ ſic facias in ſequētibus:
⁊ doſis eſt a. ʒ. ij. vſq̄ʒ ad aureos. ij. ¶ Intelligendū ꝙ in
oībus ꝯfectionibus ⁊ ꝯpōnibus cordialibus ſtomaticis
epaticis ⁊ breuiter exceptis in medicinis vomitiuis: ſem-
ꝑ apponēdū ē cinaōmū ſubtile. In vomitiuis v̓o groſ-
ſum apponēdū ē eo ꝙ illud vomitū ꝑuocat parūq̄ʒ ſu-
ſtinet de decoctiōe ⁊ ꝯtritiōe ⁊ minꝰ ſubtile iteꝝ ſuſtinet.
¶ Q̄ñ ſimplr̄ pip deſcriptū in ꝯpōnibꝰ repiṫ de pipe vſua-
li ſeu nigro intelligēdū ē. ¶ Calamentum ⁊ metha ſic-
ca in hac cōpoſitione ponunṫ. q̄ꝛ ficciōris ſunt ꝯplonis.
Et de mentha domeſtica ⁊ calamēto mōtano eſt intelli-
gēdū: nō de aquatico. ¶ Nōnūq̄ʒ ꝯtinget apothecario
repire in q̄buſdaʒ ꝯpōnibꝰ. Mel tabarʒet. Iō declarabo
quid illud ſit. Et dico ꝙ eſt mel album de celo cadēs ad
modū roris. Et eſt albius q̄ʒ ſit mel apū: ⁊ q̄ſi tendit ad
nām zuchari. Sʒ q̄ꝛ illo caremus loco eius ponimꝰ mel
albū vel zuchaꝝ ſecunde cocte. Et hoc mel tabarʒet po-
nitur a Meſue in confectione de zinzibere. diſtinctione

In pād. dicit ozimū. i. baſilicō: ſʒ falſo. berenge- miſch arab. ozimū grece latine baſilicō gariofi. nō ğ ſcrī baſ. p. c.

Meſ. dicit zucari tabarʒet vnc. x. mellis diſpūati q̄ʒtū ſufficit.

quarta circa finem. ¶ Deſcriptio. 5.

*In meſ. antiq̄ hr̄ ʒ.ij. ābre ſcrop. ij.*

**Aromaticum** roſatum deſcriptione Gabriel. valet contra ſtomachi defectionem. ⁊ omnia nutricationis membra confortat. ⁊ eſt cōtra ſtomachi humiditatem ⁊ mollificationē medicamē expertum ⁊ omnē putrefactionē in eo corrigit: cerebꝝ. ⁊ cor ꝯfortat appetitū excitat: digeſtionē procurat: conualeſcentibus ⁊ debilibus mire ſubuenit. ¶ ℞. roſarum rubeaꝝ. ʒ. xv. liquiritie raſe ⁊ mūde. ʒ. vij. ligni aloes boni ſandalorum macoſiri. i. citrino. an̄. ʒ. iij. cinamomi electi. ʒ. v. macis gariofilorum. an̄. ʒ. ij. ſ. gummi arabi. dragaganti. an̄. ʒ. ij. ⁊ partes duas alterius dragme. i. ℈. ij. nucis muſcate cardamomi. ſ. maioris ⁊ minoris galange. an̄. ʒ. i. ſpice. ℈. ij. muſci. ℈. ij. ambre. ʒ. ſ. ſirupi roſati ⁊ de corticibus citri. an̄. lib. i. ⁊ fiat electuarium puluerizatis prius puluerizandis. Si in forma ſolida facias vt in ſuprascriptis tibi oſtendi. Accipiendo libr. i. zuchari. ⁊ ℥. i. ſpecierum ⁊c̄. ⁊ doſis eſt a. ʒ. iij. vſq; ad. v. ¶ Duplex ſolet littera reperiri in hac recepta de ſandalis vna enim dicit ſandali maçachari. Alia ſandali maſurne. Et vna ⁊ altera pt̄ ſtare: q2 idez eſt: quod ſandali citrini: ſed ſunt qui exponūt, ⁊ dicunt ꝙ idē eſt ꝙ ſandali rubei: ⁊ expoſitio hec falſa eſt: ⁊ p̄ma vera. ¶ Quid autem intelligatur ꝑ duas partes alterius dragme vt aucto. ſ̄. ponit. Dico ꝙ due partes vnius dragme ſunt. ℈. ij. cū quelibet dragma ex tribus ſcropulis conſtet. ¶ Aduertēdū bn̄ eſt adhuc ꝑꝑ cōem apothecarioꝝ errorez. Qꝛ in quibuſdā cōpoſitionibus in q̄bus ſcriptū reperit. Cardamomi tūc ⁊ maius ⁊ minus apponēda ſunt: ⁊ de eis intelligendum eſt. ſi vō de maiori ſolum intelligas. Et hec fuit ⁊ eſt opinio Gētilis ſup 5m Aui. Et de hoc multi errores occurrerūt imperitia apothecariorum. ¶ Deſcriptio. 6.

*In cōfectiōe de cinamomo hoc meli⁹ declare vi*

**Diaciminum** Meſue ꝯ ſtomachi ⁊ viſceꝝ vētoſitatem: digeſtionez ꝓcurat: ſtōchū ⁊ viſcera caleſacit. ¶ ℞. cimini ꝑ diem in aceto infuſi ⁊ exiccati. ʒ. x. zinziberis cinamomi. an̄. ℥. ſ. gariofilorum: ligni aloes macis. an̄. ʒ. ij. ſ. galāge piperis lōgi cardamomi. ſ. maioris ⁊ mioris. an̄. ʒ. ij. muſci. ℈. ſ. puluerizentur pullerizanda mellis cocti ⁊ diſpumati. lib. i. ⁊. ℥. iiij. confectio in forma liquida: ſed quia communiter fit in forma ſolida facias vt ſupra oñſum in alijs eſt ⁊c̄. doſis eſt a. ʒ. iij. vſq; ad. iiij. ¶ Varie. n. reperiunt recepte d̄ hac ꝯpōne: ſ3 iſta eſt melior ⁊ in vſu. ¶ Reperit quoq; magnus error i hac cōpōne apud apothecarios ⁊ medicos. Aliqui enim habent in ſuis receptis. Cimini carmeni. ⁊ apothecarij dictum ꝙ carmeni nihil aliud eſt q̄3 prouincia in qua dictum ciminū naſcitur. vt vbi grā opū thebaici ⁊c̄. Sed multum errant vt videri poteſt a Mattheo ſil. cap. de cimino. vbi dicit ꝙ ciminū carmenū idem eſt qđ ſiſeleos: ⁊ ſiſeleos. i. ſiler montanū. Cā aūt q̄re infundit ciminū in aceto ꝑ diē eſt. q2 acetū addit ſibi in v̄tute profundationis ⁊ inciſionis: ⁊ temperat eius calorē aliqualr. ¶ Nō inſuper ꝙ cōtritio mediciaꝝ hui⁹ ꝯfectionis nō dꝫ eē ſubtilis ſed groſſa. Cū intētio ipſius medicine nō ſit niſi ꝙ ſit fortis in reſoluendo ⁊ euacuādo vētoſitatē. ꝙ ſi vltimate ꝯtereret vētoſitatē non reſolueret ſed per vrinam educeret ⁊c̄. hoc declarat Aui. 5°. canoñ. capitulo de diacimino ⁊c̄. Deſcriptio. 7.

**Diambra** Meſue eſt medicina ſublimis: cerebꝝ ⁊ cor confortans: ⁊ ſtomachum: ⁊ oīa membra: digeſtionem procurat. ⁊ vtentem eo letificat. ⁊ membra nutricationis caleſacit. ſenibus q̄q; ꝯuenit ⁊ frigidis natura ⁊ mulieribus ⁊ egritudinibus matricū. ¶ ℞. cinamomi doronigi gariofilorū: macis: nucis muſcate: foliȷ̄ galange an̄. ʒ. iij. ſpice cardamōi maioris ⁊ minoris. an̄. ʒ. i. zīzibis. ʒ. i. ſ. ſandali citrini: ligni aloes piperis longi. an̄. ʒ. ij. ambre. ʒ. i. ſ. muſci. ʒ. ſ. puluerizētur puluerizanda. Et confice cum ſirupo roſato facto cum aqua roſa. ideſt cū iulep roſato: ⁊ ſit eius quantitas lib. i. ⁊. ℥. iiij. ſ. ſ3 communiter fit in forma ſolida vt ſupra ⁊c̄. ⁊ doſis eius eſt. ʒ. iij. vel. iiij. ¶ Circa preſcripta ⁊ ſequentia vnum generale eſt notandum ꝙ ſpecies huius confectionis ⁊ omnes ſpecies medicinarum confortantiū membra ⁊ aperientium opilatiōes debent ſubtiliter puluerizari: ⁊ eo maxime ſi ad longinqua mēbra confortanda debent tranſire. Nō tamē vltimate. Ultima. n. ꝯtritio perdit virtutez aromatice: ſed media ſit inter vltimam ⁊ ſubtilem. ¶ Et ſi noſtro tempore he confectiones fiant in morſellis: maior operatio tn̄ ⁊ efficacior vt plurimū fit ab electuario q̄3 a ꝯfectione ꝑparata: vt ſuperiores. Et h̄ multis rationibus. ¶ Prima propter meliorem fermētationē q̄ fit aromatū in electuarijs q̄ fieri pōt in ꝯfectionib⁹. ¶ Scđa q2 de aromatibus plus ponit in electuario cōſtruendo q̄3 in confectione. ¶ Tertia q2 melius ⁊ facilius euaporat ⁊ tranſit virtus electuarij ad membra remota q̄3 virtus confectiōis aſſumpte: vt in paſſionibus pectoris ⁊ cerebri. Et hoc verificari poteſt i omnibus cōfectionibus ⁊ electuarijs. ¶ Deſcriptio. 8.

**Diacoralli** magiſtralis Mirabiliter valens ad confortationem cordis ⁊ ſtomachi ⁊ maxime cū ex longa egritudine ⁊ calida ſunt debilitata. ¶ ℞. ſpecierum diarodon abbatis. ʒ. iij. corallorum vtriuſq;: fragmētorum ꝑcioſorum: margaritaꝝ. an̄. ʒ. ſ. puluerizentur ſubtiliter: ⁊ additis. ℥. vij. ſ. zuchari diſſoluti in aqua roſ. fiat confectio in morſellis. ¶ Intelligēdum ꝙ qñ ſcribit fragmētoꝝ ꝑcioſoꝝ abſolute de quinq; deſcriptionibus ſupra in electuario de gemmis eſt intelligendū: ⁊ non de aliquibus alijs. ¶ Scđo etiam ē intelligendum ꝙ qñ dicit ſpecierū diarodon abbatis vel ſpecierum triaſandaloꝝ: vel aliaꝝ ſpēꝝ de ipſis cōplete intelligendum eſt. i. de ipſis ſm integrā deſcriptionē poſitam a doctoribus: non vt quidam fatui dicebant: q cum ſcriptum inuenerunt diarodon abbatis illas ſine muſco ponebant dicentes ꝙ illa erat doctoris intentio ⁊ fatue. ¶ Deſcriptio. 9.

**Triaſandali** Nicolai taliter dicti a tribus generibus ſandalorum qui deſcriptionem ingrediunt. Dant proprie ꝯ calorē epatis ⁊ ſtomachi phtiſicis ⁊ ictericis. ¶ ℞. ſandaloꝝ alboꝝ rubeorum citrinorū zuchari albi. an̄. ſolidos duos. i. an̄. ʒ. iij. reubarbari. ſpodij. ſ. de canna. ſucci liquiritie. ſemi. portulace. ſ. domeſtice an̄. ſolidum. i. ſ. i. ʒ. ij. gra. xv. amidi: gūmi arabici dragaganti: ſemi. melonum: ſemi. cucumeris ſe. citrulli: ſe. cucurbite: ſe. ſcariole: ana ſolidū. i. ideſt. ʒ. i. ſ. camphore. ℈. i. ſ. Roſarum rubearum. ℥. i. ſ. puluerizētur ſubtiliter ſirupi ro. lib. ij. ⁊ fiat electuariū. ſ3 cōiter fiat in forā vt ſupra. ſ. ſolida. ¶ Solidus. n. idē eſt qđ. ʒ. i. ſ. ⁊ oēs doctores affirmāt: ⁊ exagiū idē ēt eſt: ⁊ non differt a ſolido niſi ſolum nomine. Omnia ſimplicia ex quibus confectiones electuaria ⁊ compoſitiones omnes cōponuntur nō ſunt ſimul terenda. ſed quelibet ſimplex medicina per ſe conterēda eſt puluerizanda. Et ratio eſt q2 omnia non ſunt eiuſdem complexionis ⁊ ſubſtātie. Immo quedam ſuſtinent multum de contritione. ⁊ quedā minus. Cinamomum enim ⁊ macis ſunt rare ſubſtātie: gariofili vō ⁊ gumme ſunt denſioris ſubſtantie. Quapropter vt ex contritione virtus ipſorum non deperdatur omnia ⁊ per ſe debent puluerizari. quod ſecus faciūt apothecarij noſtri temporis ⁊ male. Ideo nimirū ſi cōpoſita non habent virtutem a doctoribus limitatā. Et hoc idem in decoctionibus eſt aduertendum vt in tractatu ſiruporum te ſcire faciam. ¶ Deſcriptio. 10.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-9017-p0009-3
DFG

**Electuarium** de aromatibus Meſue qḋ ſcri-
pſit Galienus expertorum iuua
mentorum ad cauſas ſtomachi ⁊ epatis ⁊ egritudines
in eis factas ex flegmate groſſo ⁊ ventoſitate: digeſtionē
confortat inflationem remouet: ⁊ morbos ex ea factos
curat. Retardat canos. colorem efficit bonū ⁊ oris ⁊ ſu
doris odorem. Renes quoq; calefacit ⁊ coitum excitat.
Acidos ructus curat: ⁊ faſtidium ⁊ abhominationē re
mouet. ℞. ligni aloes crudi. i. non cocti roſarum. añ.
aureos. xij. i. ʒ. xviij. gallie muſcate doronici piperis lon
gi. nucis muſcate mēthe ſicce. ſpice. caſſie lignee. macis.
gariofilorum. macis cinamomi. aſſari. añ. aureos. iij. i. ʒ.
iiij. ſ. Calami aromatici aureos. iiij. i. ʒ. vj. croci cardamo
mi ſcz maioris. cardamomi minoris idest meligete. triū
ſandalorum: reubarbari: cubebe: coſti: zinziberis: ſemi.
feniculi. ſemi. aniſi keiſin. i. leuiſtici. ana. aureum. ij. ſ. i. ʒ.
iij. ℈. ij. gra. v. zuchari. ℥. vj. Diue aromatice. i. miue cito
niorum cum ſpeciebus lib. i. mellis cocti ⁊ diſpuma-
ti lib. i. ⁊. ℥. ij. Et fiat electuarium pulueriʒatis prius
pulueriʒādis. Sed ſi in morſellis facere vis facias vt ſu-
pra. doſis eius eſt a. ʒ. ij. vſq; ad aureos. iij. ¶ Lignū alo-
es crudum eſt illud quod non eſt coctum. Arabes enī
ſolent ipſum decoquere antequam illud ad nos venire
permittant: decoquendo illud in aqua per quam deco-
ctionem quedam humiditas que in illo erat ſeu gumoſi
tas amouetur que natans eſt ſuper aquam: illam reſer-
uant: deinde mittunt ad nos illud coctū: quod eſt ſine
anima ⁊ nullam habet virtutem vel bene paucam: ⁊ ob
hoc auctor dicit crudi. Cognoſcitur ꝙ ſit crudum hoc
modo. Nam ſi in igne ponitur emittit quandam humi-
ditatem aromaticā que illud a combuſtione prohibet.
ſecundo ſi in aqua proijciatur ſubito fundum petit pro
pter ipſius grauitatem. ⁊ talis eſt eius cognitio.

¶ Deſcriptio. xj.

**Diarodon** abbatis Nicolai a roſis q̄ ibi intrāt
pluſquā de alijs ſpeciebus. nomē
accepit abbatis ab abbate de curia compoſitum: datur ꝓ
prie ictericis epaticis pthiſicis ethicis ⁊ cardiacis q pa-
tiuntur ex calore: ⁊ ad calefactionē ſtomachi pulmonis
⁊ totius corporis ⁊ conualeſcentibus ex longis ⁊ acutis
egritudinibus mirabiliter auxiliatur. ℞. ſandalorū
alborū. ſandalorū rubeorum. añ. ʒ. ij. ſ. dragagan. gūmi
arabici ſpodij. añ. ℈. ij. aſſari ſpice maſticis cardamomi. ſ.
maioris ⁊ minoris. croci xiloaloes. idest ligni aloes gario
filorū gallie muſca. aniſi. ſ. ſeminis maratri. idest ſeminis
feniculi cinamomi ſucci liquiritie reubarbari: ſeminis
baſiliconis berberis ſcariole. ſ. ſeminis: ſeminis portula-
ce. ſ. domeſtice: ſeminis papaueris al. ſeminis citrulli: ſe-
minis melonum: ſeminis cucumeris: ſeminis cucurbi-
te. añ. ℈. i. oſſis de corde cerui margaritarū. añ. ℈. ſ. zucha
ri candi roſarū. ſ. rubearū. añ. ℥. i. ⁊. ʒ. iij. camphore tertiā
partem vnius. ℈. ⁊ gra. vij. muſci. gra. iij. ſ. pulueriʒentur
pulueriʒanda ſubtilr̄. Et cū lib. i. ſ. ſirupi facti cum aqua
roſ. i. cum iulep roſato fiat confectio. Et ſi i forma ſolida
facere vis modum habes ſupra deſcriptum: ⁊ doſis eſt a
ʒ. ij. vſq; ad. iij. ¶ Nicolaus dicit: ꝙ hec confectio debet
dari cū rodoſtomate vel cū frigida: vt igit̄ omnis pars
clara ſit ſcias ꝙ cum rodomaſte. i. cum decoctione roſa-
rum: vel cum frigida idest vel cum decoctione facta cū
frigidis. Sed decoctio hec hoc tempore non eſt in vſu:
ſed loco ipſius datur cum ſirupo roſ. ¶ De ſpodio inter
doctores magna eſt controuerſia. Quidā enī dicūt ꝙ
eſt radix canne vltramarine aduſte: quidam vero ꝙ eſt
ſpica cuiuſdam arbuſculi in Alexandria creſcentis. Alij
ꝙ eſt fuligo que in domibus inuenitur in quibus fun-
duntur metalla: que poſtquā cecidit a tecto dicitur ſpo
dium: que vero remanet dicitur punfiligo. Nonnulli
vero dicūt ꝙ eſt cinis q inuenitur ſuper fornaces argen
tariorū qui lauat̄ vt ferugo. Que oēs opīones abijciēde
ſunt tanquā friuole. ⁊ dōm ꝙ ſpodiū eſt os elephantis
cōbuſtū. Elephas oſſa hʒ ſolida vt ſunt dentes: ⁊ illa nō
comburuntur ſed ad diuerſa accidētia ſeruantur. Sed
illa que medullā hñt cōburuntur: et cōbuſta ſpodiū de
canna dr̄. ⁊ hec vera eſt opinio. ¶ Deſcriptio. 12.

Si ſpodiū ē res cuius origo nos latet: res tñ aduſta. videtur Aui. dicit radices cānarum aduſtarū. Spodiū ē ſpecies thutie.

**Confectio** de ſtorace magralis. Illa Meſ. ⁊ Ni-
colai nō eſt in vſu ꝓpter opiū. ℞.
paſſularū electarū ⁊ vltimate cōtritarū. ʒ. i. liquiritie raſe
⁊ mūde. ʒ. vj. ligni aloes: nucis muſ. cinamomi electi. añ.
ʒ. i. ſ. ſtoracis. ſ. calamite. ℈. v. boli armeni loti. ⁊ prepara-
ti. ʒ. iij. pulueriʒentur ſubtiliter omnia ⁊ cū. ℥. xv. zucha-
ri diſſoluti in aqua betonice ⁊ foliorum violarū fiat cō
fectio in morſellis faciendo omnem morſellum de. ʒ. ij.
¶ Cōfectio. n. nihil aliud eſt q̄ʒ cōpoſitio diuerſorum.
¶ Modus lauādi ⁊ preparandi bolū armenū talis eſt.
Accipe de eo q̄ʒtitatem quam volueris ⁊ tere ſubtiliter:
poſtea infundat̄ ſup eū quātitas aq̄ roſe q̄ irroret̄: deīde
in vmbra ꝑmittat̄ exiccari. ⁊ iterū poſt exiccationem con
terat̄. ⁊ aq̄ ro. irroret̄: ⁊ ter vt primo hoc fiat poſtea reſer
ua. Illud enim dicitur lotum ⁊ preparatum.
¶ Storax ſimplr̄ ſi ſcriptum reperiat̄ de ſtorace calamite
intelligendum eſt tanq̄ʒ de perfectiori. Deſcrip. 13

**Confectio** de cinamomo Meſ. ſana ⁊ expta ad
humoroſitatē ſtōi ⁊ putrefactionem
in eo flegma digerit ⁊ digōnē ꝓcurat. ℞. cinamomi ſub
tilis. ⁊ electi. i. canelle ſine. ʒ. xv. darſeni. i. cinamomi groſ
ſi. cimini enule. ſ. radicis. añ. ʒ. iiij. dicit Meſ. ℥. ſ. galāge.
ʒ. vij. gariofilorum: piperis longi: cardamomi. ſ. maio-
ris: zinziberis heil. i. cardamomi minoris. ⁊ eſt meligeta
macis nucis muſca. ligni aloes. añ. ʒ. iij. croci. ʒ. i. zuchari
tabarzet. i. albi. ℥. v. muſci. ʒ. i. partes duas. i. ℈. ij. pulueri
ʒētur ſubtilr̄ oīa. mellis collati. li. i. ⁊. ℥. iiij. fiat ꝯfec. ⁊ ſit
in forma ſolida vt. ē. tibi oſtēſū eſt. doſis ē a. ʒ. i. vſq; ad. v.
¶ Cōfectio hec lʒ in vſu nō ſit: tñ q2 in ea apothecarij ſo-
lent dubitare. igitur qñ in vna cōpōne ſcriptum reperis
darſeni per ſe ſp debes apponere cinamomū electū. ſi vō
darſeni ⁊ cinamomi vt in ſupiori vidiſti vtrūq;. ſ. ⁊ ſubti
le ⁊ groſſum eſt ponendū: nec aſcultes illos dicentes ꝙ
ꝑ darſeni itelligit macis. h. n. opinio reprobata eſt a xpo-
ſo. de honeſtis ſuper meſue. ¶ Scdō eſt intelligendum
ꝙ cum reperis in vna recepta heil. per ſe de cardamomo
maiori ſemper eſt intelligēdū. Si vero cardamomū ꝑ ſe
reperiat̄ ēt de maiori eſt intelligendū. Si vō ambo repe-
riant̄ vt i ſupiori. Et maiorē ⁊ minorē debes appon[e]re.
Nō aūt gariofilos vt qdā ſatui dicunt. ¶ Deſcri. 14.

In ſaroꝛtico raſ. dixit vbi repit̄ cardamomū itelligēdū ēē de maiori ⁊ minori: ⁊ ī roſata ⁊ diarodon cōi.

**Roſata** nouella Nicolai dr̄ roſata a roſis. nouella
reſpectu veteris que recipiebat ſulphur vi-
uum. vomitū ⁊ ſubuerſionē ſtōi aufert debilitatē ⁊ ſitī
reprimit. defectis ex longa infirmitate mire ſubuenit: ⁊
ſudores diaforeticos cōpeſcit. ℞. roſarū: liquiritie: zu-
chari. ſ. albi. ana. ℥. i. ʒ. i. ⁊. ℈. ij. ſ. cinamomi. ʒ. ij. ℈. ij. gra.
ij. gariofilorum: ſpice nardi: galange zinzibe. nucis muſ-
cate: zedoarie ſtoracis. ſ. calamite. Cardamomi. ſcilicʒ ma-
ioris ⁊ minoris: apij. ſ. ſe. añ. ℈. i. gra. viij. pulueriʒentur
pulueriʒanda. mellis cocti ⁊ diſpumati. lib. i. ⁊. ℥. viij. ⁊ fi
at in forma liquida. Si vō in forma ſolida facias vt ſupra
te aſſueſeci. ¶ Nardi ſi reperiatur ſcriptū in aliqua com
poſitione vt in hac cōiter repit̄ de ſpica nardi intelligen
dū eſt. Nō aūt de compōne cuiuſdā vnguēti ꝑcioſi vt q
dam demētes auſi ſunt dicere. ¶ Deſcriptio. 15.

**Diadragagantū** frigidum Nicolai a dra
ganto nomen accepit: ſa
nat omne vitium pectoris ⁊ pulmonis: qḋ fit a calore ⁊

ſiccitate. ⁊ cõfert maxīe phtiſicis ethicis pleureticis ple/ripleumonicis: ⁊ ad omnem tuſſim que fit ex caliditate vel ſiccitate. Ad oēm lingue ⁊ gutturis aſperitatē: cum vero ſumitur tandiu in ore teneatur donec ibi diſſolua/tur. ℭ ℞. dragaganti albi. ℥. ij. gummi arabici. ℥. i. ⁊ ʒ. ij. amidi. ℥. ß. liquiritie. ʒ. ij. ſemi. melonis: ſemi. cucumeris: ſemi. citrulli: ſeminis cucurbite. an̄. ʒ. ij. penidiaꝝ. ℥. iij. cā/phore. ℈. ß. Sirupi violati. i. iulep violati lib. ij. contun/dantur ſubtiliter omnia: deinde permiſceantur bene in mortario paulatiue miſcendo ⁊ reſeruent̄. Sed h̄ cōiter fit in forma ſolida hoc modo. ℭ De cōpoſitione iſta eſt intelligendum ꝙ cū fit in forma ſolida nō debet fieri vt de ſuperioribus tibi dixi. ſ. accipiendo ſpecierum. ℥. i. zu/chari lib. i. eo qꝛ pauce ſpecies cribellate in ea intrāt. Sꝫ de eis ſupra deſcriptis debes accipere. ℥. iij. zuchari lib. i. ⁊ facere in morſellis. Tantum enim zucharum ꝙ predi/cte ſpecies poſſint ſimul teneri debet appōi ⁊ non plus. Igit̄ p̄ſcripta regula ab apothecarijs tenenda eſt. Et ego oppoſitū vidi ſemper facere ab eis q̄ꝫ ſepe ac ſepius a me moniti eſſent. ℭ Omnes docto. ꝯueniunt ꝙ gūme debent diſſolui in confectionibus: in quibus intrant ⁊ nō cōteri: eo qꝛ puluerizari non pñt: ⁊ piſtando virtus il/lorum deperditur. quare cū in aliqua confectione intrāt diſſolui debent in aqua appropriata: in iſta enim diſſol/uantur cum paꝝ aque violarum: in alijs vero cum alijs aquis ſm̄ diuerſas intentiones. ℭ Deſcriptio. 16.

**Diarodon** deſcriptione cōi Meſue ꝯferens ad dolorem ſtomachi ⁊ epatis: ⁊ p̄ſtu/ram in eis a caliditate ⁊ acuitate cholere citrine faciens digerere cibum: ⁊ eſt ex conferentibus ſtomacho ⁊ epa/ti debilibus. ℭ ℞. roſaꝝ rub. ʒ. xxx. trociſcorum diaro/don trociſcorum de ſpo. liquiritie. an̄. ℥. ß. gariofilorum. gallie muſ. an̄. ʒ. iij. ſpodij. croci. maſticis. berberis. ligni aloes. an̄. ʒ. ij. ſandalorum alborum. ſandalorum rubeo/rum ſandalorū citrinoꝝ an̄. ʒ. iij. aſſari. ſpice inde. macis cardamomi. ſ. maioris ⁊ minoris. ſeminis portulace: ſe. lactuce: ſe. ſcariole: ſe. citrulli: ſemi. mellonum: ſe. cucu/meris: ſeminis cucurbite margaritarum alba. alſelenge/miſc. i. ozimi raſure eboris dragaganti gummi arabici. an̄. ʒ. i. cāphore. ʒ. i. ß. muſci. ℈. ß. puluerizentur ſubtiliter puluerizanda. Confice cum lib. iij. ⁊ ℥. iiij. ſyrupi facti ex roſ. ⁊ aq̄ roſata. doſis eſt. a. ʒ. ij. vſqꝫ ad aureos. ij. Sed in forma ſolida fieri ſolet vt ſupra. ℭ Sirup⁹ factus ex ro. ⁊ aqua roſa. cum quo debet ꝯfici hec confectio ſi ī for/ma liquida facere volumus h̄ mō fit. ℞. roſarū viridiū lib. ij. ponantur in vaſe vitreato ſtricti orificij: ⁊ ſuper eas in/fundantur feruentis aque roſate lib. v. ⁊ ꝯſtringatur ori/ficium vaſis: ⁊ pmittat̄ infridari: deinde dicte roſ. bñ ma/nib⁹ exp̄mant̄: ⁊ due alie libre roſaꝝ viridiū accipiantur ⁊ predicta aqua roſ. calefiat bene: ⁊ iterum ſupra eas po/nat̄: deinde colet̄ ⁊ exprimat̄. deinde iteꝝ ⁊ 3⁰ h̄ fiat inno/uando roſas ⁊ aquā calefaciēdo: deinde coletur. Accipe dictam colaturam, ⁊ adde lib. iiij. zuchari clarificati fiat ſirupus: de quo fit ſupraſcripta confectio. ℭ De muſco ⁊ opio in medicinis parum ponitur: muſcus. n. in modi/ca q̄ntitate eſt magne q̄litatis ⁊ opatiōis: opiū ſilr. Et iō ſufficit paꝝ apponere: ne in magna q̄ntitate noceat: aut operationes aliarum medicinaꝝ corrumpat: aut occul/tet. Et ſicut de opio ⁊ muſco exēplifico ita ⁊ de alijs me/dicinis fortibus eſt intelligēdū. ℭ Nō h̄ de contritione ſpēꝝ electuarioꝝ ⁊ confectionū. Naꝫ ſpēs q̄ ponunt̄ in electuarijs ꝯfortātib⁹ apiētib⁹ vel alterantib⁹: vel alterāti/bus ⁊ ꝯfortantibus ſubtiliter debent cōteri. Cā eſt qꝛ nō alterant nec confortant niſi attrahantur: ⁊ ideo ad hoc vt alterēt membrum: vel confortent indigent vt attracta a mēbris poſſint penetrare. facilis aūt penetratio fit ꝑ con/tritionē multam. Secus autem eſt de medicina ſoluti/ua. Nam ipſa manens quieta in ſtomacho ſm̄ commu/nem opinionem euaporat ad membra: ꝙ ſi attraheren/tur a membris eſſet malum. Et ideo groſſo modo debēt conteri: ⁊ hoc reſpectu ſubtilis. Ne citius debito tranſe/at a ſtomacho: ⁊ hoc notato habes perfectam doctrinaꝫ conterendorum. ℭ Deſcriptio. 17.

**Aromaticum** roſatū Meſue ſtōm ⁊ cor con/fortat humiditatē viſceꝝ exic/cat appetitū excitat: ⁊ digōnem ꝯfortat. Vomitū ⁊ nauſe/am ſedat. ℭ ℞. folioꝝ roſaꝝ rubearuꝫ. ʒ. i. ß. ligni aloes. macis gariofiloꝝ trociſcoruꝫ diarodon. gallie muſcate. an̄. ʒ. ij. ß. liquiritie munde. ʒ. i. cinamomi ſubtilis ⁊ electi ʒ. iij. galange zinziberis nucis muſcate. ana. ʒ. ij. ß. heil. i. cardamomi maioris ſpice. an̄. ʒ. i. puluerizētur ſubtiliter: ⁊ cum ſirupo roſ. ⁊ de corticibus citri. an̄. ℥. viij. fiat con/fectio. aromatizando illam cuꝫ. ℈. ß. optimi muſci. Sed in forma ſolida fieri ſolet. vt ſupra doſis eſt a. ʒ. iij. vſqꝫ ad v. ℭ Si roſaꝝ in aliqua cōpōne ſcriptū repis ſine deter/minatione tūc de rubeis intelligēdū eſt tāq̄ꝫ de ꝑfectio/ribus ⁊ melioribus. ℭ Hic ⁊ ꝑ hac ꝯpōne ⁊ ꝑ anteſcri/ptis: ⁊ infra ſcribendis eſt notādū ꝙ deſcriptiones troci/ſcoꝝ in ipſis ingredientes infra deſcribent̄ in ſumma. 4. que de trociſcis tm̄ erit. ℭ Deſcriptio. 18. Meſue dicit. ʒ. viij.

**Aromaticum** roſatū min⁹ Meſue. ſtōꝫ ⁊ cor ꝯfortās ⁊ coꝝ inflāmatiōes ſe/dās. ℭ ℞. roſaꝝ rub. ʒ. x. ligni aloes ſandal: macozini. i. citrini. an̄. ʒ. ij. cinamomi electi. ℥. ß. maſticis. ℥. i. ⁊ ℈. i. am/bre. ℈. ij. muſci. ℈. i. puluerizentur ſubtiliter ⁊ cum. ℥. x. ſyr. ro. fiat in forma liquida. In forma ſolida fit vt ſupra de ceteris dixi. ℭ Inuenitur in hac cōpoſitione magna diuerſitas littere. aliq̄. n. dicit vt ī ſuperiori ānotaui. ⁊ bñ littera ſtat. In aliquo Meſue ſcriptum reperit̄ maſticis exagiū vnū: ⁊ hec littera corrupta eſt: qꝛ ſuperior tenen/da eſt. ℭ Inſuper intelligendū ꝙ ſi aliq̄ in cōpōne ſcri/ptū repis ſandali de ſandalis citrinis eſt intelligēdū: cuꝫ meliores ſint: eo ꝙ participāt de vtraqꝫ nāa: ⁊ quodaꝫ me/dium ſunt inter albos ⁊ rubeos. Si vero repiat̄ ſandalo/rum de oībus ſandalis intelligas. ℭ Deſcriptio. 19. Meſ. dicit. ʒ. iiij.

**Aromaticum** muſcati Meſue: ꝯfert ſyncopi ⁊ tremori cordis. ⁊ cōfortat ce/rebrū: ⁊ cor: ⁊ cōfert epilepſie: ⁊ p̄focationi matricis: ⁊ fa/cit oris odorē bonuꝫ. ℭ ℞. ligni aloes. ʒ. vj. darſeni idest cinamomi fini vel ſubtilis. ʒ. x. ambre. ʒ. iii. muſci boni. ℈. ij. puluerizentur ſubtiliter: ⁊ cum lib. i. ſirupi roſati fi/at confectio. Si in forma ſolida. vt ſupra oſtendi facias. ℭ De muſco nō ꝙ vim ſuā ⁊ odorē amittit ſi cū ſpēbus aromaticis ꝯſeruat̄ ſeu ponit̄: ⁊ virt⁹ ſua amiſſa recupe/ratur ſi in cloacha ponat̄: odorē recupat quem amiſerat ex permixtione aromaticoꝝ. Cōſeruat̄ aūt ſi in ſuo ſoli/culo tenet̄ vel in ampula vitrea: ⁊ cum eo ꝑmiſcet̄ plum/bum in parua fruſta inciſum: ſed ab aromatibus elōget̄. ℭ Medicine ſimplices plures ponuntur in compoſita: eo qꝛ ex his ſimplicibus fiat vna virtus cōmunis que in nulla ſimplici inueniebatur. ℭ Deſcriptio. 20.

**Aromaticum** gariofilatū Meſue ſtōm ⁊ cor confortat: nauſeam ⁊ vomituꝫ ſedat: ⁊ valet ꝯ̄ putrefactioneꝫ in partibus ſtōi membra vero nutritionis calefacit: ⁊ ventoſitates diſſoluit ⁊ car/minat. ℭ ℞. gariofilorum. ʒ. vij. macis: zedoarie: galan/ge ſandali macozini. i. citrini trociſcoꝝ diarodon cinamo/mi ligni aloes ſpice inde piperis longi heil. i. cardamo/mi maioris. an̄. ʒ. i. roſaꝝ. ſ. rubearum. ℥. ß. liquiritie galie muſcate. an̄. ʒ. ij. folij. cubebe ana. partes tres. ʒ. vnius. i. ℈. ij. ⁊ gra. v. ambre. ʒ. i. muſci. ℈. ß. puluerizentur ſubtili/ter omnia: ⁊ cuꝫ lib. i. ⁊ ℥. ij. ſirupi citrini. i. iulep roſati fi/ Meſ. dicit. ʒ. iiij.

at confectio: ſed in forma ſolida vt ſupra faciendum eſt.
¶ De folio inter doctores magna eſt differentia. ⁊ con
trouerſia. Quidã enim dicunt ꝙ eſt quedam herba na
ſcens in aquis dulcibus abſq; radice: ⁊ ſuper eas natat:
quemadmodum lentigo aque. Alij ꝙ eſt arbuſculum
naſcens in india. ⁊ folia ipſius eſt folium. Alij vero dñt:
⁊ hec opinio tenet. ꝙ ſunt folia garioſilorum. ⁊ ſic res
eſt. ¶ Partes tres vnius dragme ſunt duo ſcropuli ⁊
grana quinq;. Nam diuidendo dragmam per quattuor
omnis pars erit gra. xv. ⁊ ſic ter multiplicando. xv. erũt.
ij. ℈. ⁊ gra. v. Cum ſcropulus modernorum reſultet ſiue
ſunt gra. xx. quare ⁊c. ¶ Deſcriptio. 21.

**Aromaticum** nardinũ Meſ. ſtõachũ ⁊ epar
⁊ viſcera ↄfortat: ⁊ renes: ⁊ veſi
cã. ⁊ addit deſideriũ coeundi: oris ⁊ ſudoris odorem bo
ʒ.iiij. num facit ⁊ ↄfortat hanelitũ: ⁊ facit digeſtionẽ cibi: ⁊ re
ſoluit vẽtoſitates. ¶ ℞. ſpice inde. ʒ. ij. roſaꝝ. ſ. rubearũ
℥. ſ. liquiritie. ʒ. ij. ſ. galics ſebeline: ⁊ ẽ quedã ↄfectio que
fit in trociſcis cubebe ligni aloes macis garioſilorum: fo
lij indi cinamomi aniſi: corticũ citri. trociſcorum: diaro
don añ. ʒ. i. ⁊ ℈. i. pinearum purgatarum amigdalarum
purgataꝝ ⁊ excorticataꝝ. añ. ʒ. v. dragaganti. gũmi ara.
añ. ʒ. ij. muſci. ℈. ij. puluerizẽtur ſubtiliter ⁊ ↄficiant cum
lib. i. ⁊ ℥. ij. ſirupi roſ. ⁊ fit in morſell' vt ſupra. ¶ Purgẽ
tur pinee ⁊ amigdale hoc mõ. Accipit bacilonus ſub q̃
ſit ignis carbonum ⁊ in eo ponuntur amigdale ⁊ pinee
excorticate ſeu mũde a ſubtili cortice: ⁊ manibus ducũ
tur hinc ⁊ inde vſq; q̃ ſint bñ calide ⁊ illa caliditate con
ſumit illud humidũ corruptũ. Alio ẽt mõ fieri põt cuꝫ
amigdalis ⁊ pineis ponantur. M. iij. vel. iiij. ſm ipſoruꝫ
quantitateꝫ furfuris: ⁊ bñ ſupra dictũ ignẽ oĩa ſit' volue
q̃uſq; bñ calefacte ſunt: ⁊ ab illo furfure amouetur illa rã
ceitas: ⁊ pure. ſ. ſine malo ſapore redduntur. ⁊ h̃ modus
melior eſt. ¶ Sebelie eſt quedam cõpoſitio q̃ deſcribit
infra in tractatu trociſcoꝝ que a Meſue gallia ſebelie ap
pellat ⁊ dĩ. ¶ Itẽ nõndum eſt ꝙ in preſcriptis ↄpõnib⁹
in qbus Meſue ſcribit: ⁊ confice cum ſirupo ro. vult ꝙ
componãtur cum iulep roſato: q: perfectior eſt ⁊ magis
confortatiuum. igitur exponas confice cuꝫ ſirupo ro. ſ.
facto ex aqua roſ. vel. ideſt cum iulep roſa. ⁊ hec eſt au
ctoris intentio. ¶ Deſcriptio. 22.

**Electuariũ** de citro Meſue confortans ſtõm: ⁊
ↄcurans digõnẽ: ⁊ odorẽ oris facit
bonum. groſſas vẽtoſitates expellit ⁊ ↄfortat cor. ¶ ℞.
corticum citri aureos. xx. i. ʒ. xxx. garioſilorum ligni alo.
cinamomi macis galange. añ. ʒ. ij. muſci. ʒ. ſ. cardamomi
ſcilicet maioris ⁊ minoris. zinzib. añ. ʒ. i. puluerizentur h̃
non multũ ſubtilr. mellis cocti diſpũati. ʒ. viij. ⁊ fiat cõfe
ctio. Sed fieri ſolet in forma ſolida vt ſupra doſis ẽ. ʒ. ſ.
¶ Vellem etiam poſtq̃ prouinciam hãc accepi Joannes
franciſce mi partem omnem apothecarijs neciaꝫ declara
re: ne illi ſua ignorantia ad tenebras exteriores duceren
tur. Contingit nonnunq̃ ad eos accedere viros ⁊ homi
nes afflictos ſtomachi dolore petẽtes ab eis ſuffragiuꝫ.
Ipſi pietate moti exhibent vel aromaticũ vel diaciminũ
vel dianiſum non vltra conſiderantes de hora exhibitio
nis: que res quandoq; ducit egrum ad non parua peri
cula. Ea propter indocti me audiant notentq; diſtinctio
nem hanc. ¶ Confectiones que dantur aut dantur ad
digerendũ mãm faciente egritudinem ⁊ deoppilanduꝫ
ac ad confortandum membrum vt triaſandali: ⁊ tũc da
ri debent ante cibum ſaltem per horas quattuor vt poſ
ſint a nã ꝑpari. ⁊ ad loca neceſſaria tranſmitti. Si võ ꝑꝑ
ſtõm aut ꝑꝑ ↄſtrationem appetitus dantur. tũc paꝝ añ
cibũ dande ſunt. Si võ ꝑꝑ virtutẽ digeſtiuã exhibentur
immediate poſt prãdiũ exhibende ſunt. Si võ dant ad
ↄfortationẽ cerebri ⁊ ỽtutis aĩalis poſt prãdiuꝫ ⁊ poſt
cenã ꝑlõgũ tpꝰ ſaltẽ ꝑ duas horas dande ſunt. Si vero
ad cordis ↄfortationẽ debent dari circa mediã noctem.
⁊ tenende ſunt multuꝫ in ore vt paulatiue reſoluant. Si
vero ad reſolutionem ventoſitatis ſtõ vacuo a cibo ⁊ ſu
perfluitatibus mundato exhibeantur. ¶ Et in hoc ad
uertendũ ẽ ꝙ nullo mõ exhibeant: neq; tyriaca: neq; cõ
fectiões apperitiue ſeu diuretice cibo exñte in ſtomacho
vel in ipſo repleto malis humoribus. Igit ↄſuetudo ex
cellentiũ q̃ ẽ accipe tyriacã cũ aqua ardẽti ꝑꝑ nauſeã vi
tuperat. Ac corruptela italicoꝝ q eã cuꝫ maluatico aſſu
munt. Et ratio eſt: q: cibus indigeſtus ac ſuperfluitates
maloꝝ humoꝝ ducunt ſubtilitate maluatici: vel aq̃ ar
dentis ad epar ⁊ opilationem faciũt: ⁊ ad prauas egritu
dines homines ꝑcipitant. quare ⁊c. ¶ Huius electuarij
ſpẽs ſunt ſatis groſſe terẽde cũ ſua virtus ſit in ↄfortan
do ſtõm ⁊ nõ tranſit ipm. ſed vẽtoſitates reſoluit. ⁊ h̃ ꝑꝑ
cãs aſſignatas in recepta diacimini. ¶ Modus accipiẽ
di cortices citri: ⁊ aliorum pomorum ſuauem ⁊ aroma
ticũ hñtium odorẽ: h̃ mõ facias. igitur qui vult vti corti
cibus pomoꝝ citri in ↄpõnib⁹ eligat poma que habeant
accetoſitatem maiorẽ intrinſecus: eo q: cortices eoꝝ ſunt
magis odoriferi: ⁊ oꝫ ꝙ excoriẽtur illa die q̃ collecta ſũt
ab arbore: terantur ergo primo bñ cum mantili aſpero ⁊
mundo: ⁊ excorient cum cultello acute acutiei paulatiꝫ
⁊ leuiter ne accipiatur ex carne cum cortice: ⁊ ſimili mõ
opꝫ fieri de citonijs ⁊ alijs põis: deinde in vmbra exiccẽt
¶ Nota ꝙ iſta oĩa electuaria dulcia ſupra deſcripta ꝑ an
num integrum ſeruant ⁊ vltra oĩa alia preter electuariũ
q̃ vtunt reges ⁊ prelati: quod nõ põt diu ſeruari: eo q: rã
ceſcit: ſed ſolũ per dies. xv. vel per menſem ad plus ſuat.
¶ Et ex his habẽtur deſcriptiões ↄfectionũ delectabiliũ
cum ſua declaratione: ⁊ eſt finis ꝓme diſtinctionis.
¶ Incipit ſcõa diſtõ. que eſt de electuarijs amaris: ⁊ con
tinet. 26. deſcriptiones. ¶ Quarum prima eſt.

**Tyriaca** andronici que ẽ ſublimior me
dicinarum compoſitarũ: ⁊ me
lior earum propter multitudines ſui iuua
menti ⁊ proprie in venenis que ſunt. ⁊ pun
cturis: ſicut ſerpentum ⁊ ſcorpionis: ⁊ canis
rabidi: ⁊ venenis ebibitis interficientibus. Et ad egritu
dines flãticas ⁊ melancholicas: ⁊ ad febres earum. ⁊ ad
ventoſitates malignas: ⁊ paraliſim: ⁊ apoplexiam: ⁊ ad
epilepſiam: ⁊ torturam: ⁊ tremorem: ⁊ ad eum ſecum lo
quitur: ⁊ maniam: ⁊ ad lepram: proprie ⁊ albaras. Et cõ
fortat cor ⁊ acuit ſenſus. ⁊ confortat ſtomachum ⁊ ale
uiat anhelitum: ⁊ delet pulſum cordis: ⁊ retinet ſputuꝫ
ſanguinis. Et confert ad plures dolores renum ⁊ veſi
ce ex quacunq; cauſa ſint: ⁊ frangit lapidem proprie in
veſica: ⁊ confert ad vlcera inteſtinorum ⁊ durities in
trinſecas ne epate ⁊ ſplene: ⁊ melior deſcriptionum hu
ius medicine eſt deſcriptio radicalis andronici: ⁊ eſt illa
que fieri deberet: quamuis aliqui apothecarij noſtri tẽ
poris illam Galieni faciant. hanc autem deſcriptionem
repperi in quodam libello Gentilis de venenis: quem vt
ipſe teſtatur habuit ⁊ extraxit a quodam libello andro
nici propria manu ſcripto ⁊ cetera. ¶ ℞. trociſcorum
ſquille lib. i. trociſcorum vipere. trociſcorum alinda
racaron. ideſt andronici piperis nigri: opij thebaici.
ana. ℥. vj. cinamomi: ſeminis napi ſcilicet ſilueſtris ſcor
deon. ideſt alliorum ſilueſtrium roſarũ rubearum yreos
ideſt lilij celeſtis. ſ. radicis agaraci: ſucci ligritie: balſami. i.
liquoris emanantis a ſtipite myrre: croci: zinziberis reu
barbari: pẽtafilonis: ideſt quinq; folij. calamenti mon
tani: praſſij. ideſt marubij: doronici: ⁊ aliqui ponunt. ſe
minis macedõici: ⁊ aliqui petroſellini: ſticados: arabici:

coſti: piperis longi: piperis albi: pulegij: olibani: ſquinanti: terbentine: caſſie ligne: ſpice nardi: polij: montani naſturcij ana. ʒ.j.ſ. ſtoracis liquide ſeminis apij ſiſeleos. ideſt ſileris montani ſemen accipiendum eſt ameos camedreos camepitheos hypoqiſtidos ſpice celtice ſchee montane folij. Gentiane radix ſumitur. ſeminis feniculi terre ſigillate colcotar aduſti. ideſt vitrioli amomi acori. ſcilicet radicis. carpobalſami ideſt ſemen. ſcꝫ balſami hypericon. ideſt perforate vel herbe ſancti Joannis rubee tinctorum valeriane. ſcilicet radicis an. ℥.ij. gummi arabici cardumeni aniſi achatie dauci. ideſt paſtinace ſilueſtris: ſemen accipitur ana. ʒ.ij. bdelij ſubalbidi bedeguar albezard aſpalti oppoponacis centauree minoris Ariſtologie. ſ. rotunde an. ℥.ſ. caſtorei ſerapini. an. ℥.j. diſſoluantur gũme predicte in vino albo odorifero quantũ ſufficit Mellis cocti ⁊ diſpumati. rub. i. ⁊ li. xxiij. qđ eſt pro omni libra vna mellis. ʒ.iij. ſpecierũ predictarum: ⁊ hoc voluit bonus andronicus: ⁊ apponi debent ſi tyriaca debet habere virtutem deſcriptã a doctoribus. doſis autem exhibenda de tyriaca in vnaquaqꝫ egritudine diuerſa eſt ſm diuerſitates egritudinũ.

¶ In hac deſcriptione multa ſunt intelligenda. Et pͥmo de opio thebaico. dicitur. n. opium thebaicum. quia factum ⁊ collectũ thebis. qꝛ illud eſt melius ⁊ perfectius quocũqꝫ alio opio vbicũqꝫ collecto. ⁊ eſt minoris periculi ⁊ timoris vſus eius.

¶ De calamẽto dicitur montanum: ⁊ ponitur hoc. qꝛ habet maiorẽ caliditatẽ ⁊ ſiccitatẽ qꝫ calamentum fluuiale quod naſcitur iuxta aquas.

¶ Sticados arabici. dicitur arabici quia ĩ arabia oritur: ⁊ illud melius eſt: ⁊ in illis partibus multum colligit̃: Sed nos vtimur ſticados: quod quidem colligitur in prouincia Romana. ⁊ eſt perfectum.

¶ Loco camepitheos ſi non haberetur: accipi poteſt iua muſcata: quod a Meſue in capitulo de egritudinibꝰ neruorũ appellatur zinzeri.

¶ hypoquiſtidos ſuccus eſt barbe hircine: ⁊ illud ponitur: non herba non ſolum in hac compoſitione: ſed in oĩbus medicinis in quibus ſimpliciter reperies ſcriptum hypoquiſtidos. ⁊ qui herbam ponunt male: immo peſſime faciunt.

¶ Centaurea de minori intelligendum eſt. ⁊ illa in medicinis adminiſtratur. qꝛ ſi ſimpliciter reperitur de ea eſt intelligendum. Et radix accipi debet non herba vt quidam rudes faciunt.

¶ Vitriolũ ſeu colcotar hoc modo aduritur. Accipe de eo quantitatẽ quam volueris ⁊ pone in patella ad ignem ⁊ continue ſub ea inſuffletur: donec igniatur ⁊ cõtinue vitriolũ voluatur: ⁊ tantũ hoc fiat qꝫ eius naturalis color mutetur. ⁊ tunc moueat̃ qꝛ aduſtũ eſt.

¶ Species iſte tyriace debent ſubtiliter teri ſeu puluerizare: ⁊ bene cribellari per ſubtilẽ ⁊ ſpiſſum ſetatiũ vt melius ⁊ citius res ſimul fermentari poſſint vt Meſue ⁊ Auicẽ. ſcribũt capitulo de tyriaca.

⁊ expellunt ſupfluitates: ⁊ cuſtodiunt ſanitatē corporis
¶ ℞. roſarū violarū abſinthij: collognitide: turbith: cu
bebe. calami aromatici: nucis muſ. ſpice: epithimi: carpo
balſami: xilobalſami. i. ligni balſami: ſileris mōtani: ſeis
rute: ſquinātī: aſſari: maſticis: gariofiloꝝ: cinnamōi: ani
ſi: feniculi. ſ. ſeis apij. ſ. ſeis caſſie lignee: croci: macis. ana.
ʒ. ij. mirabolanoꝝ: citrinoꝝ: kebuloꝝ indoꝝ: belerico
ruꝫ: emblicoꝝ raued ſeni. i. reubarbari. aā. ℥. ß. agarici ſe
ne. aā. ʒ. v. eufragie. ʒ. vi. aloes ſuccotrini ad pōdus oīuꝫ.
Teranꝛ oia cōficianꝛ cū ſucco feniculi: ⁊ fiat maſſa.

¶ De collognitida pauci ſunt q in receptis ponant collo
quintidā: fundantes ſe ſuꝑ dictū Meſue in deſcriptiōe
trociſcoꝝ alandal q dicit. Trociſci alādal q ponunꝛ in
hiera hermetis ⁊ in alijs cōfectionibꝰ loco collognitide:
ac etiam ꝓpter ſuā venenoſitatē dicūt non eſſe auſi in re
ceptis ponere. Alij v̓o ponūt collognitidā ⁊ nō trociſcos
alandal: dicētes ꝙ magis ſolutiua eſt: ⁊ ꝙ a doctoribus
poniꝛ in cōpōnibꝰ tanqꝫ calcar: vt etiā faciūt diagridiuꝫ:
⁊ ſic his rōnibꝰ varij varias cōpōnes faciunt. Ego v̓o ſo
leo hoc fieri facere: ſi in receptis auctorū repio cōſidero
ſi in eis ipſius malitiā frangētia ſunt poſita vel nō: ſi ſic
audacter illā apponi facio: vt in iſta recepta. ſi non: loco
ipſiꝰ pono trociſcos alādal. Et hoc ē qd̓ dicit bonꝰ Me
ſue. Et propter hoc in hiera hermetis poſuit: in qua mi
te ⁊ multe ſunt medicine venenoſe: ⁊ pauce earū venēoſi
tatē corrigētes: ⁊ tu hoc cōſidera. ¶ Deſcriptio. 38

**Pillule** de hermodactilis maiores Meſue: exꝑer
te ad dolorē iūcturaruꝫ: ⁊ podagre frigi
de. ℞. hermodactiloꝝ aloes mirabola. citrinoꝝ: turbith
collognitide: bdelij. ſerapini. ana. ʒ. vi. caſtorei: ſarcocolle:
euforbij: oppoponaci: harmel. i. ſe. cicute: ſe. apij. aā. ʒ. iij.
croci. ʒ. i. ß. Cōteranꝛ oia: ⁊ cū ſucco caulitū fiat maſſa ⁊c̄.

¶ Collognitida anqꝫ in cōpoſito ponaꝛ dꝫ vltimate cōte
ri vt iubet Meſue in cap. de rectificatiōe medicinarum
per triturationē. Cū dicit opꝫ ꝙ collognitida vltime pul
uerizeꝛ: nec ſit cōtentus aliqs in trituratione eius.

¶ De cōtritiōe iterū nota. ꝙ duplex eſt: qdā. n. eſt multa.
qdaꝫ pauca. Multa cōtritio fit duabꝰ de cauſis. ꝑmo vt
ꝑ illā cōtritionē remoueaꝛ malitia medicine quā faceret
ſi groſſa eſſet: ⁊ ob hoc bene cōteriꝛ pulpa collognitide.
ſecunda eſt: qꝛ mēbrū qd̓ curare volumꝰ eſt ſituatū in re
motis partibꝰ: ⁊ ideo bene ꝯterēde ſunt medicine renū
⁊ epatis. Groſſa v̓o ꝯtritio fit duabꝰ de cauſis. vna eſt vt
vltimata ꝯtritiōe v̓tus medicine ⁊ opatio eiꝰ ꝓpria cor
rumpaꝛ vt ſcamonea ſi in vltimo ꝯteraꝛ deꝑdit virtuteꝫ
ſolutiuā. ſecūda eſt vt multo tpe remaneat in ſtōacho. ⁊
iuuet digeſtionē: vel magis attrahat: ⁊ ſic medicine ſtōa
tice ⁊ ſolutiue groſſo mō cōteruntꝛ. ¶ Deſcriptio. 39.

**Pillule** de reubarbaro Meſ. cōferētes ad febres
antiqs ex diuerſis gn̄atas hūoribꝰ viſco
ſis ⁊ putridis multarū putredinū: ⁊ ad doloreꝫ epatis: ⁊
prinm̄ hydropiſis. ℞. raued ſeni. i. reubar. ʒ. iij. ſucci ligri
tie: ſucci abſinthij: maſticis. aā. ʒ. i. mirabolanoꝝ citrino
rum. ʒ. iij. ß. ſeis apij: ſeis feniculi. aā. ʒ. ß. trociſcoꝝ diaro
don. ʒ. iij. ß. ſpērū hiere pigre. i. hiere ſimplicis. ʒ. x. Terā
tur terēda: ⁊ ꝯficianꝛ in magdaleone cū aq̄ feniculi.

¶ Pro reformatiōe pillularuꝫ. Nota ꝙ niſi pillule refor
menꝛ cū aliq̄ re viſcoſa non poſſunt ſil̓ teneri vt faciunt
iſte pillule. ⁊ pillule cochie q̄ reformanꝛ cuꝫ vino albo.
Ideo ſi iſte reformarenꝛ cū ſirupo acetoſo vel cū oximel
le ſimplici non eſſet incōueniēs ⁊ pillule cochie cū mel
le roſato. Igiꝛ vt dico de iſtis: ⁊ de alijs etiā intelligas q̄
cū aqua vel vino reformanꝛ ⁊c̄. ¶ Deſcriptio. 40.

**Pillule** de hermodactilis minores Meſ. exꝑerte
ad dolorē iuncturarū: ⁊ podagre cal̓e. ℞.
hermodactiloꝝ. ʒ. v. ſcamonee. ʒ. ij. ß. ſ. preparate. mirab.
citri. ʒ. iij. roſarū. ʒ. ij. aloes. ʒ. x. Confice cū catartico. i. cū
elio roſato. terēdo prius terēda. ¶ Catarticū. i. purgati
uum: vt doctores exponunt: igitur catarticum roſaruꝫ
idem eſt quod purgatiuum factū cū ſucco roſarum. Et
ſic electuarium de ſucco roſarū ⁊ electuariū roſatuꝫ dici
poteſt catarticū roſatū. Uerum ego magis laudo refor
mari debere cum elio roſa. quia illud magis benignum
eſt. ⁊ minori venenoſitate ꝑticipat. ¶ Deſcriptio. 41.

**Pillule** inde Meſue: quarū iuuamētū eſt vltimū
ad egritudines melācolicas: ⁊ ad cancrū:
⁊ leprā: ⁊ morpheā nigrā difficilē. ⁊ ſunt bone melanco
lie: ⁊ timori: ⁊ ad dolorē ſplenis. ⁊ icteritiaꝫ ſplenalem: ⁊
ad quartanā. ¶ ℞. mirabolanoꝝ nigroꝝ. i. idoꝝ ellebo
ri nigri: polipodij. aā. ʒ. v. epithimi: ſticados. ana. ʒ. vi. la
pidis lazuli loti. Modus lauādi ſupra oſtēſus eſt. collo
qntide ſalis indi. aā. ℥. ß. ſucci eupatorij: ſpice. ana. ʒ. ij. ga
riofiloꝝ. ʒ. i. ſpecierū hiere pigre. i. ſimplicis. ℥. i. ß. teran
tur: ⁊ fiat maſſa cum ſucco apij.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-9017-p0026-4
DFG

¶ Nota ꝙ pillule oēs cōſeruanť cū bona earum v̄tute ⁊ opatiōe vſqȝ ad ſex mēſes. Et debēt teneri in magdaleonib⁹ ⁊ nō in puluere: q2 non cōſeruanť imo nullā vel remiſſam faciunt opōnē. Et nō debēt cōſeruari in loco exceſſiue calido: nec ꝓpe ignē: nec ad ſolē: q2 in exceſſiuā duritiē ⁊ lapideitatē ꝯuerterenť. ⁊ tunc nullo mō debēt apothecarij eas exhibere. eo q2 ſi darēt torq̄rēt corpus: ⁊ nullā penitus opationē facerent. ¶ Deſcriptio. 42

Pillule ſine qbus eſſe nolo Nico. taliter dicte pp ſūmā efficaciam: mirabiliter a colera flegmate: ⁊ melancolia purgāt: ⁊ valēt ꝓprie ad cataractas: ⁊ obſcuritates oculoꝝ: viſum cuſtodiētes: ⁊ auriū dolorē ſanāt. ⁊ iliosis mirabiliter conferūt. ¶ ℞. aloes electi abluti. ſ. cū aq̄ cōi. ʒ. xiiij. mirabolanoꝝ citri. kebulo. bellericoꝝ: emblicoꝝ indoꝝ reubarbari roſarū. maſticis: abſinthij violarū ſene. ſ. folliculi agarici: cuſcute. aā. ʒ. i. teranť hec oīa. deinde accipe ſcamonee. ſ. p̄parate ſubtiliter puluerizate. ʒ. vi. ℈. ligeť in pecia dicta ſcamonea. deinde infundať in ſucco feniculi q̄ntitate q̄ pillule poſſint reformari. deinde exp̄mať dicta ſcamonea: manib⁹ ꝓus tñ inunctis oleo violato vel cōi. Et tñ dcā ſcamonea exprimať ⁊ manib⁹ pertracteť ꝙ in lactis ſilitudinē a panno exeat tota eius hūiditas. ⁊ de illa exp̄ſſiōe pille formenť: abijciēdo qḋ intra peciā de ſcamōea remanebit. Succus feniculi cū exp̄ſſiōe fcā de ſcamonea accipēdo: ⁊ pillulas formando. ¶ Aloes qñ ſimplr ponit̄ p ſuccotrino ⁊ de ſuccotrino intelligiť: vt ponit Matth. ſil. ca. ꝓprio ⁊c.

¶ Pillule a pila dnr. q2 ſicut pila eſt rotūda. ita pillule debent eſſe rotūde. ¶ Pillule quare danť in forma rotunda. Eſt quia figura ſperica nō tangit planū niſi in puncto. Sed concauū ipſum tangit vndiqȝ. quādo ergo pillula ponitur in ſtō qḋ eſt cōcauū ipſa. equaliter tangitur a qualibet parte ſtōi. ⁊ iō vndiqȝ ⁊ in omni ſui pte ad actū reduciť pp calorē ſtōachi. ⁊ iō ipſa in q̄lȝ ſui pte reducta ad actū attrahit vndiqȝ eq̄liter a mēbris oib⁹. iō dať ⁊ dari dȝ in forma rotūda. ¶ Deſcriptio. 43.

Pillule cochie Nicolai ꝓbate ad emigraneū dolorem: ⁊ ad dolorem ſtomaci: ⁊ iliorum. ¶ ℞. aloes ſcamonee. ſ. preparate abſinthij pulpe colloquintide. aā. maſticis dimidium vnius predictorū. cōficianť cū ſucco abſinthij vel fenicli vel ſolatri. ¶ Quare enī he pillule dicunť cochie. Cochie. i. capitales a cochos qḋ eſt caput. ¶ Pillule quare danť in impari nūero: eſt. pythagoras. n. poſuit in impari nūero virtutē multam. ⁊ dixit nūerū ĩparē maſculū. igiť pfectiorem. Et ob hoc vulgares ſequētes eū credūt ꝙ dādo eas in numero impari ſit maior pfectio: ⁊ multi errāt. Nūer⁹ eñ nō eſt pncipiū actiōis ⁊ paſſiōis. vt 5°. metaph. cōmē. 2°. Et ideo facta doſi cōueniēti medicine pōt formari numerus pillularū par ⁊ impar ⁊c. ¶ Deſcriptio. 44.

Pillule cochie Almāſoris. i. capitales. cochos enī grece idē eſt qḋ caput latine. caput. n. mirabiliter mūdificāt: ⁊ maxime ab hūoribus groſſis ⁊ frigidis. cōferunt cephalee: ⁊ emigranee. ℞. ſpērum hiere ſimplicis. ʒ. x. collogntide. ʒ. iij. ⁊ ℈. i. ſcamonee p̄parate ʒ. ij. ℈. turbith: ſticados. aā. ʒ. v. teranť hec: ⁊ cōficiať cum vino albo. ¶ Pillule fuerūt inuente. primo ꝓpter earū minorē diſplicentiā in guſtu: cum vniuerſalr cōponanť ex rebus amaris. ſcđo vt magis a remotis attrahāt: q̄nto enī medicina longiori tēpore ſtat in ſtomaco: tanto magis a longinquiorib⁹ attrahit. ¶ Deſcriptio. 45.

Pillule arabice Nicolai: ꝯ oēs dolorē capitis purgantes mirabiliter oēs humores: generātes letitiā: ⁊ mentē acuentes. viſum auditum: ⁊ memoriam reſtaurātes ſcotomiā vertiginē oculos dentes: gingiuas: ſtomacū: ſplenē purgant omnib⁹ his conferētes.

¶ ℞. aloes electi. ℥. iiij. brionie. i. radicis cucurbite ſaluatice qnqȝ generū mirabolanoꝝ maſticis: diagridij: aſſari: roſarum. ana. ʒ. i. croci. ʒ. i. caſtorei. ʒ. iij. Terantur omnia: ⁊ cōficianť cū ſucco feniculi vel abſinthij.

¶ Si in pillularū deſcriptiōe repit̄ ſcriptum ſcamonea ſuppleať. i. p̄parata. Nec vllo mō nō p̄parata ponať: quia longa mora nō pōt p̄parari. vt in electuarijs ſupra declaraui: eo q2 earū virtus nō tranſit ſex mēſes. Sed ſemper diagridiū eſt ponendum. ¶ Deſcriptio. 46

Pillule aſſaieret Aui. in prima fen tertij. in cap. de canonib⁹ vniuerſalibus curationis capitis. ⁊ exponit̄ a gentili in hunc modū: q̄ faciliter ſine moleſtia caput purgant ⁊ mundificāt. ℞. pulueris hiere. i. ſpērū hiere ſimplicis. ʒ. ij. mirabolanoꝝ citri. maſticis. aā. ʒ. i. aloes boni. ℥. ℈. Teranť. ⁊ cū vino optio fiāt pille ſeu maſſa. ¶ De mirabolanis nota ꝙ aliqñ reperit̄ ſcriptum in receptis mirabolanorū abſolute: ⁊ tunc de omnibus mirabolanis eſt intelligendū. ſ. de quinqȝ generibus mirabolanoꝝ. Si vero ſcriptū reperiať mirabolani abſolute. de citrinis eſt intelligendum tanq̄ȝ de melioribus ⁊ perfectioribus. ¶ Deſcriptio. 47.

Pillule ſtomatice Meſue deſcriptiōe ſua: q̄ ingt dari ⁊ accipi poſſunt oī tpe. ⁊ ſunt ille que ſunt in vſu: que caput ⁊ ſtōm miro mō mundificant. ℞. turbith. ʒ. x. maſticis. ℥. ℈. roſarum. ʒ. iij. aloes. optimi. ʒ. xvij. qḋ eſt ad pōdus oīū. Teranť ⁊ ꝯficiantur cū ſucco abſinthij: ⁊ reſerua. ¶ Tres alias deſcriptiones pillularum ſtomaticaꝝ ponit Meſue quas vide ſi placet.

¶ Hic nota. ꝙ ſi zinziber cum turbith ponereť fortificaret opōnē eius. Nā turbith ſui v̄tute. ⁊ de ſe flegma ſubtile trahit. ſȝ ſi cū eo zinziber admiſceť fortificādo ipſum facit ꝙ attrahit ēt flegma groſſum. ¶ Deſcriptio. 48.

Pillule ĩperiales magr̄ales: ⁊ ſunt ille que ſunt in vſu: ⁊ bone ad digeſtionē. ⁊ virtutē digeſtiuā cōfortandā: mundificantes ſtōm ab oīb⁹ putridis ⁊ prauis humorib⁹: ⁊ dicunť imperiales: vel q2 fuerunt a quodā iperatore inuēte. vel quia ſunt multū ĩ vſu apō reges ⁊ pncipes. ¶ ℞. nucis muſ. ſpice croci ligni aloes cardamōi. ſ. maioris ⁊ minoris gariofiloꝝ amomi: cinnamomi: zinziberis: galāge: zedoarie: cubebarū: macis. aniſi: maſticis: feniculi. ſ. ſeis carpobalſami quinqȝ generum mirabolanoꝝ: turbith electi: māne: agarici: ſene. ſ. folliculi. aā. ʒ. ℈. reubarbari ad pondus oīum. ſ. ʒ. xiij. ℈. aloes ad pōdus oīum. ſ. ʒ. xxvij. Teranť oīa ⁊ aloes de per ſe deinde cōficianť cū optio vino albo. ⁊ inunctis manibus cum oleo laurino reformenť: ⁊ reſeruentur.

¶ Sene cū ſimpliciter ſcriptū reperit̄ in cōpoſitis ſolutiuis vel lenitiuis de folliculis ſemp eſt intelligēdū. Cū magis ſolutiui ⁊ meliores ſint. ¶ Deſcriptio. 49.

Pillule cōmunes Auicēne prima fen q̄rti. tractatu q̄rto. cap. qnto. ⁊ ſunt de illis ex quib⁹ fit pſeruatio ⁊ euaſio a peſtilentia. ⁊ cōſimilē deſcriptionē poſuit raſis in quarto Almanſoris in capitulo de peſtilentia ⁊ eius cautela. ¶ ℞. aloes electi. ʒ. ij. myrrhe croci. aā. ʒ. i. Teranť: ⁊ cum vino optimo fiant pillule.

¶ Pillule oēs preſcripte ⁊ infra ſcribende exhibēde non ſunt imediate poſt ipſarū cōpoſitionē. ſed ſaltim ſtandū eſt per qndecim dies: vt poſſint ſimul cōmiſceri. Et tunc agent opationē ſuā rōne cōpoſitionis. Secus autē faciunt ſi ante dictū tempus exhibeanť. vtrū autē in illo tpe fermenteť. ⁊ nunqd dici poſſit v̄a fermentatio: Satis in q̄ſtiuncula mea de narcoticis per lōgū pceſſum declaraui: q videre vult ad illā recurrat. ¶ Deſcriptio. 50.

Pillule de agarico Meſue. mūdificantes pectus ab humoribus groſſis ⁊ putridis: ⁊ cōferentes aſmati: ⁊ tuſſi antique. ¶ ℞. agarici electi maſti



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-9017-p0027-9
DFG

cis.ana.ʒ.iij. radicis lilij celeſtis.i. ireos praſſij. ana.ʒ.i. turbith.ʒ.v.ſpecierum hiere pigre.i.ſimplicis.ʒ.iiij. colloquintide ſarcocolle.ana.ʒ.ij.myrre.℥.i.terātur omnia: ⁊ conficiantur cum vino cocto ideſt cuȝ ſapa vel rob vel tila.quod idem ſignificat.

¶ In iſtis pillulis ſoleo apponi loco agarici facere agaricum trociſcatum:eo quia in eis ſunt multe medicine venenoſe.⁊ fere nulle ſunt medicine earum venenoſitateȝ refrangentes.ideo refracte eſſe debent medicine apponende.vt ſunt trociſci alandal:⁊ agaricus trociſcatus.⁊ tu nota. ¶ Deſcriptio.51.

**Pillule** bichichie Meſue in ſua de appropriatis. ca.de cura tuſſis ſicce:que ſunt fiende ſicut lupini:⁊ tenēde ſub lingua:cōferentes raucedini vocis:⁊ aſperitati:⁊ tuſſi calide ⁊ ſicce.¶ ℞.ſucci liquiritie zucchari albi.an̄.ʒ.ij.amidi dragaganti:amigdalarū dulcium excorticatarum. ana.ʒ.iij.ſ.terantur omnia ⁊ cum mucillagine:ſeminis citoniorum fiat maſſa.

¶ Species omnium pillularum groſſo modo ſunt conterende.⁊ per raram ſtaminiam tranſiri debent.⁊ ſic melior eſt ſua operatio:⁊ a lōginquioribus partibus attrahunt. ratio ſupra eſt aſſignata in electuarijs ſolutiuis. Et ex his finis fit tertie diſtinctioni. que fuit de medicinis ſolutiuis. Cum igitur non minori iactura Joannes franciſce mi pillule ab apothecarijs exhibeantur q̄ȝ confectiones. Si tempore debito non exhibentur. ideo modum exhibitionis inſcribam ne ſua imperitia ac temeritate viri ad aliquas graues egritudines incurrāt.¶ Pillule que dantur q̄ꝫtū nunc noſtro propoſito ſpectat aut dantur ad euacuandū aliqualē materiā in ſtomacho exiſtentē.⁊ tunc dari debent ante cenā immediate. Aut ad euacuandū aliquā hūiditatē cerebri.⁊ tunc poſt cenam per duas horas ſalteȝ exhibende ſunt.⁊ hoc intelligatur de pillulis non ſcamoneatis ⁊ leuibus.vt maſticine elephangine de hiera.ſ.⁊c̄. Aut dant̄ ad purgandū humorem loco medicine.⁊ tunc dari debēt facta digeſtiōe cibi in ſtomacho:⁊ poſt eas tardandus eſt cibus ſaltē per horas ſex.⁊ hoc modo doctores exhiberi iubent.

¶ Incipit quarta diſtinctio. Que eſt de trociſcis. ⁊ continet.xxxj.deſcriptiones.¶ Quarum prima eſt.

**TRociſci** Diarodon Meſue: quoꝝ iuuamētū eſt magnū ad febres antiquas ⁊ febres ꝑmixtionū:⁊ febres flegmaticas:⁊ febres in quibus corrūpit̄ forma. ¶ ℞.foliorū roſarū rubearū aureos. vi.i.ʒ.ix.ſpice aureos.ij.i.ʒ.iij.liquiritie aureos.iij.i.ʒ.iiij.ſ.ligni aloes aureos.ij.i.ʒ.iij.ſpodij de cana aureum.i.i.ʒ.i.ſ.croci aureuȝ.ſ.i.℈.ij.⁊ gra.v.maſticis.ʒ.ij.conterantur omnia:⁊ conficiantur cum vino albo optimo in forma pillula ſed in medio deprimantur. ¶ Quid ſit trociſcus nota. Eſt trociſcus compoſitio quedam ex diuerſis pulueribus ⁊ ſpeciebus mediante aliquo liquore aggregatis.⁊ dicitur trociſcus a trocos quod eſt rota. quia trociſcus eſt ſimilis rote currus. ¶ Deſcriptio.2.

**Trociſci** de roſis minores Meſue ſolutiui: q ſtomachum ⁊ epar confortant: ⁊ conferūt febri flegmatice euacuando ⁊ abſtergendo humoroſitatem ſtomachi.¶ ℞.foliorum roſarum.ʒ.x. liquiritie.ʒ.v.Spice.ʒ.ij.ſ.ſcamonee preparate.ʒ.iij.conterātur hec: ⁊ conficiantur cum vino albo optimo.¶ Quare auteȝ trociſci fiant.eſt vt medicine poſſint melius conſeruari: acquirunt etiam iſta permixtione aliquam virtutem cōfortandi.quam prius per naturam non habebant. ¶ Deſcriptio.3.

**Trociſci** de roſis maiores Meſue plurimorum iuuamentoruȝ.quoꝝ maius eſt ad dolorem ſtomachi:⁊ malitiam digeſtionis:⁊ eis ꝓprie quib⁹ corrumpitur forma ⁊ principia hydropiſis:⁊ ad febres antiquas.¶ ℞. foliorum roſarum.℥.ſ. ligni aloes. ʒ.ij. maſticis.ʒ.ſ. abſinthij: ſpice: cinnamomi: caſſie lignee: florum ſquinanti.ana.ʒ.i.conterantur:⁊ fiant trociſci cū vino albo optimo.¶ De floribus ſquinanti nota. Non enim ad nos portantur.ſed ipſorum loco ponimus rami partem. ¶ Deſcriptio.4.

**Trociſci** de eupatorio ⁊ roſis Meſue: expertoruȝ iuuamentorum ad febres antiquas:⁊ cōpoſitas:⁊ ad dolorem epatis:⁊ oppilationem: ⁊ icteritiam.¶ ℞.foliorum roſarum. ℥.i. ſpice.ʒ.iij.raued ſeni.i. reubarbari.℥.ſ.ſpodij.ʒ.i.ſ.liquiritie.ʒ.iij.ſ. ſucci eupatorij.ʒ.x.tereniabin: ⁊ accipitur eius loco manna diſſolute in ſucco preſcripto.ʒ.ij.⁊ fiant trociſci. Conterendo prius omnia.¶ Liquiritia ſi ſimpliciter ſcripta reperitur de radice ſicca ſemper intelligitur. de qua due tantum partes vſui medicine conueniunt ſcilicet radix ⁊ ſuccus. ¶ Deſcriptio.5.

**Trociſci** de reubarbaro Meſue: conferentes ad dolorem epatis:⁊ opilationem ipſius.et ad apoſtemata eius ⁊ ātiquas egritudines in ipſo:⁊ hydropiſim:⁊ corruptionem forme:⁊ icteritiam.¶ ℞.raued boni.i.reubarbari.ʒ.x.ſucci eupatorij.℥.ſ. roſarū.ʒ.iij.ſpice aniſi.ſ.ſeminis rubee tinctorum: ſeminis apij:abſinthij:aſſari.ana.ʒ.i.amigdalarum amararum.℥.ſ.conterantur:⁊ fiant trociſci de aureo vno pro ſingulo.

¶ Nota q̄ iſti trociſci.quia non poſſunt reformari cū ſupraſcriptis humiditatibus i ipſis ingredientibus. ideo addatur de ſucco eupatorij in tantum q̄ reformari poſſint:⁊ quemadmodum dixi de iſtis.ita de ceteris intelligatur ſequentibus. ¶ Deſcriptio.6.

**Trociſci** de camphora Meſue: valentes ad febres multe inflāmationis:⁊ ſitim vehementem.⁊ incenſionem colere rubee:ebullitioneȝ ſanguinis:⁊ ſupercalefactionem ſtomachi ⁊ epatis: ⁊ icteritiam.⁊ conferunt ethicis:⁊ ptiſicis.¶ ℞. foliorum roſarum.℥.ſ.ſpodij de cana.ʒ.ij.ſandalorum citrinoruȝ.ʒ.ij.ſ.croci.ʒ.i.ſeminis citrulli:ſeminis cucumeris:ſeminis melonis:ſeminis cucurbite:dragaganti : gummi.ſ.arabici:ſpice.an̄.ʒ.i.ligni aloes:cardamomi.ſ.maioris ⁊ minoris.amidi camphore an̄.℈.ij.zucchari albi: tereniabin.loco eius accipitur manna ana.ʒ.iij.conterantur : ⁊ conficiantur cum mucillagine pſilij facti in aq̄ roſata.

¶ Ad faciendum mucillaginem pſilij accipiēdū eſt.℥.i. ſeminis.⁊.℥.iiij.aque:⁊ non ſolum de hoc ſemine intelligas:ſed de omni re de qua mucillaginem facere intendis. Nota ⁊ inſuper q̄ ſunt quidam ignari apothecarij qui frangunt dictum ſemen ad faciendum mucillaginem:⁊ male:eo quia interior ⁊ medullaris pars eſt calida.ſuperior vero eſt frigidiſſima.hoc in loco querim⁹ infrigidationem.⁊ haberemus intēſiſſimam calefactionem ⁊ non ſolum confrangendū non eſt.ſed nec diu in aqua debet dimitti propter cauſam ſupra allegatam de confractione. ¶ Deſcriptio.7.

**Trociſci** de ſpodio Meſue:qui ſunt vltimi ad febres acutas : ⁊ inflāmationeȝ ſtomachi: ⁊ epatis : ſitim vehementem.¶ ℞.ſpodij. ℥.ſ.roſarum rubearum.ʒ.vij.ſeminis portulace:ſucci liquiritie. ana.ʒ.ij.quatuor ſeminū cōmunium frigidorum maioruȝ: gūmi arabici:dragaganti : croci.ana.ʒ.i.ſ. conterantur oīa ⁊ fac trociſcos:cum mucillagine pſilij.

¶ Quatuor ſemina cōmunia frigida maiora ſunt iſta. ſemen melonum:cucumeris:cucurbite:⁊ citrulli : quare ſi quatuor ſemina cōmunia maiora ſcripta reperiantur ſupraſcripta ponantur.

¶ Confice cum mucillagine pſilij: vel citoniorum: vel alterius cuiuſuis. ⁊ eſt intelligendũ ꝙ fieri debet cũ aqua cõmuni: ⁊ hoc intelligas in omnibus in quibus nõ ſpecificatur liquor in quo fieri debet ⁊c.

¶ Sunt qui in iſtis trociſcis non ponunt niſi quattuor res a ſucco liquiritie ſupra. Sed non ſunt tante virtutis quare ponenda ſunt alia quattuor. ⁊ fiant vt ſupra et erunt efficaciſſimi.

¶ Deſcriptio. 8.

**Trociſci** de ſpodio cum ſemine acetoſe Meſue: cõferentes ad febres colericas cum quibus eſt ſolutio ventris: ⁊ ſedant inflammationem ſtomachi: ⁊ epatis: ⁊ ſitim continuam. ¶ Recipe roſarum rubearum. ℥.i.ß. ſpodij. ʒ.x. ſeminis acetoſe. ʒ.vj. ſeminis portulace: ſeminum coriandrorum preparatorum ⁊ torrefactorum ſumach. ana. ʒ.ij.ß. amidi aſſi: berberorum balauſtiarum. ana. ʒ.ij. gummi arabici aſſi. ʒ.i.ß. conterantur omnia. ⁊ conficiantur cum ſucco agreſti. ideſt cum ſucco vue acerbe.

¶ Modus aſſandi gũmam arabicam ⁊ omnes gũmas: gumme franguntur in fruſta ad magnitudinem ciceris: deinde accipe patellam vel bernacium ⁊ calefac forti calefactione. deinde ab igne remota ponant̃ ſupra gumme. ⁊ ſine intermiſſione miſceantur. ⁊ ſuper dictam laminam calidam ſemper miſcendo permittantur donec albeſcant. et ſi illa caliditas non ſufficit calefiat denuo remotis tamen gummis: deinde recalefactis ſupra gumme ponantur: ⁊ miſceantur donec albeſcant ⁊ albefacte remoueãtur: quia aſſate ſunt. ⁊ hoc modo facias de omnibus gummis.

¶ Coriandrorum ſemina hoc modo preparatur: bene cũ aqua cõmuni lauentur vt ab eis puluis amoueatur. deinde ab aqua extrahantur. ⁊ ſupra ea infundatur acetũ fortiſſimum ⁊ in eo dimittantur per dies nouem. ⁊ omni die ea mouendo: ⁊ elapſis nouem diebus ab aceto remoueantur. ſoli ad exiccandum apponantur: ⁊ ſic preparati dicunt̃. Sed vnum nota ꝙ bene exiccari ab aceto permittantur: aliter acquirerent malum ſaporem.

¶ Semina coriandrorũ hoc modo torrefiunt. Calefiat bernacium vel patella ad ignẽ mediocri caliditate. deinde ſupra ſemina ponantur que torrefieri debent. ⁊ ſic ſupra ponantur ⁊ ducantur hinc ⁊ inde donec calorẽ vndiq; ſentiant: ſcilicet per omnẽ eius ſubſtãtiam: deinde remoueantur. ⁊ hoc modo omnia ſemina torrefiunt.

¶ Preparantur autem coriandrorum ſemina: vt quedã venenoſitas que in eis eſt amoueatur. Torrefiunt vt magis ſtiptici reddantur. Torrefactio enim idem eſt quod ſemicoctio.

¶ Amidum aſſatur vt fiunt gũme ducendo ſuper laminam bene calidam. Et cum incipit eius naturalis color alterari remouet̃: ⁊ aſſum eſt.

¶ Deſcriptio. 9.

**Trociſci** de berberis Meſue ꝓmi: qui ſunt in vſu boni ad febres inflãmatiuas. extinguũt enim eas: ⁊ ſitim anguſtioſam. ¶ Recipe berberorum: aut ſucci eius. ſpodij: ſucci liquiritie: ſeminis portulace. añ. ʒ.iij. roſarum. ʒ.vj. ſpice: croci: amidi: dragaganti. añ. ʒ.i. ſeminis citrulli. ʒ.iij.ß. camphore. ʒ.ß. conterant̃ omnia: ⁊ conficiantur cum. ʒ.ij. mãne diſſolute in ſucco berberorum. Et ſi ſuccus non reperitur diſſoluantur cum decoctione ipſorum: ⁊ reformentur.

¶ Gummi ſi ſimpliciter ſcriptum reperiatur de gumma arabica eſt ſemper intelligendum.

¶ Trociſci a pillulis in tribus diuerſificantur. ſ. quantitate: operatione: ⁊ exhibitione. In quantitate diuerſificantur: eo quia in maiori quantitate formantur. Unde trociſci ſemper debent formari ad quantitatem. ʒ.i. vt dictũ eſt de trociſcis de tyro. ⁊ pillule enim a remotis trahunt trociſci vero non attrahunt. tertio diuerſificantur in exhibitione: quia trociſci ſemper debent exhiberi cũ aliquo liquore vel ſucco habente reſpectum ad proprietatem trociſcorum non autem pillule.

¶ Deſcriptio. x.

**Trociſci** de abſinthio Meſue: qui conferunt febribus antiquis: ⁊ aperiũt opilationes epatis: ⁊ ſtomachi: ⁊ confortant ſtomachũ: ⁊ conferunt dolori membrorum nutricationis: ⁊ confortant appetitũ. ¶ Recipe abſinthij ſicci roſarum aniſi. añ. ʒ.ij. raued. i. reubarbari: ſucci eupatorij: aſſari. amigdalarum amararum: ſpice: maſticis: folij. añ. ʒ.i. conterantur: ⁊ fiant trociſci cum ſucco endi.

¶ Neceſſitas ⁊ cauſa compoſitionis trociſcorũ eſt conſeruatio alicuius rei longo tempore: ⁊ cõmoditas portandi. Alia eſt: quia medici aliquando volebant dare aliquas res cum tota ſubſtantia ⁊ puras. ⁊ hoc modo preparari iuſſerunt. Alij vero dicunt ꝙ trociſci fiunt vt medicine poſſint melius conſeruari. acquirunt etiam aliquam virtutem confortatiuam per artem quam prius per naturam non potuerunt habere.

Deſcriptio. 11.

**Trociſci** de alchechengi Meſue: mirabiliter conferentes ad vlcera in renibus: ⁊ veſica: et dolorem quando mingitur. ¶ R. granorum alchechengi. ʒ.iij. ſeminis citrullorum: ſeminis albathece: ſeminis cucurbite. añ. ʒ.iij.ß. boli armeni: gũmi arabici: thuris: ſanguinis draconis. ſemi. papaueris albi: amigdalarũ amararum: ſucci liquiritie: dragaganti: amidi: granorũ pini. añ. ʒ.vj. ſeminis apij: charabe boli. ideſt terre ſigillate: iuſquiami: opij. añ. ʒ.ij. conterantur omnia: et conficiantur cum aqua mellis: vel iulep violato.

¶ Batece ſemen. eſt ſemen cuiuſdã melonis indi viridis ad ſimitudinẽ cucumeris bene maturi: quod anguria alio noĩe appellat̃. ſed ſi ſemen illorũ non reperit̃ apud nos ipſorũ loco accipe poſſumus ſemina melonũ noſtrorũ.

¶ Amigdale amare ⁊ quattuor ſemina ponuntur in hac deſcriptione trociſcorũ hac ratione. bolus enim armenus ⁊ ſanguis draconis habent ſtationem ⁊ moram in primis venis ⁊ ſua virtute illas non trãſcendunt: ſed quia in hoc caſu indigem⁹ ꝙ ad ꝯſolidandum cum ſua ſtipticitate ad veſicam vadant ⁊ per ſe non poſſunt. ideo poſuit auctor amigdalas ⁊ ſemina frigida vt penetrationẽ faciant. ⁊ ad locum ducant. ¶ De bolo nota: ꝙ bolus idem eſt quod terra ſigillata que in multis ꝓprietatib⁹ eſt ſimilis bolo armeno. ⁊ adhuc habet excellentiorem virtutem ⁊ operationem.

¶ Deſcriptio. 12.

**Trociſci** de capparibus Meſue: reſoluentes duritiem ſplenis: ⁊ ventoſitatem. ¶ R. corticũ radicum capparorũ: ſeminis agni caſti. añ. ʒ.vj. nigelle: calamẽti: ſicci eupatorij: acori. ſ. radicis amigdalarũ amararũ: naſturtij foliorũ ruthe: ariſtologie rotũde. añ. ʒ.ij. ciperi: ſcolopẽdrie. añ. ʒ.i. armoniaci. ℥.ß. diſſoluatur armoniacum cum aceto forti: ⁊ cum dicto aceto trociſci reformentur conuertendo omnia alia.

¶ Capparorum radix ⁊ geneſtre flores colligendi ſunt in menſe decembris.

¶ Trociſci conſeruantur vſq; ad ſex menſes: ⁊ debẽt formari in forma rotunda: ⁊ deprimi in medio: ⁊ habẽt bonam virtutem. ⁊ cum tranſeunt dictum tempus amittunt virtutem. ⁊ hoc de omnibus trociſcis eſt intelligẽdum. Exceptis trociſcis ſtelle qui conſeruantur vſq; ad duos annos.

¶ Deſcriptio. 13.

**Trociſci** de eupatorio Meſue: conferentes ad febres antiquas: ⁊ rigorem earum: opilationem epatis et ſplenis aperiunt ⁊ ſunt medicina bo-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-9017-p0029-4
DFG

na apoſtematum in ipſis: ⁊ ictericis. ⁊ principio hydropiſis. ¶ ℞. terenjabin ſi eſt. ſi non loco eius accipitur manna: ſucci eupatorij. ana. ℥. i. roſarum. ℥. ſ. ſpice. ʒ. iij. raued. idest reubarbari: aſſari: aniſi. ana. ʒ. ij. ſ. ſpodij. ʒ. iij. ſ. conterantur omnia: ⁊ fiant trociſci cum ſuccis herbarum: ⁊ reſeruetur.

¶ Succi herbarum ſunt ſucci ex quibus componitur ſirupus de biſantijs. Et ſunt quattuor. ſcilicet ſucci endiuie. ſucci apij. ſucci lupulorum. ſucci boraginis vel bugloſſe. ⁊ ex his ſuccis dicti trociſci reformentur: ꝙ ſi haberi non poſſent ipſorum loco accipere poſſemus ſirupum de biſantijs.

¶ Deſcriptio. 14.

**Trociſci** de charabe Meſue: abſcindentes ſanguinem de omni loco emanationis eius. ¶ Recipe charabe. ʒ. vj. cornu cerui aduſti: gummi arabici aduſti: corallorum aduſtorum: dragaganti: hypoquiſtidos: balauſtie: maſticis: lace: papaueris nigri: aſſi. an. ʒ. ij. thuris: croci: opij. an. ʒ. i. ſ. conterantur omnia: et fiant trociſci cum mucillagine pſilij. ¶ Modus comburēdi omnes gummas ⁊ cornu cerui ⁊ corallos talis eſt. terantur ⁊ ponantur in olla terrea: ⁊ ponantur in furno: ⁊ dimittantur per totam noctem. ſi quod poſuiſti ſiue coralli vel cornu cerui vel gumme ſūt combuſte extrahe. aliter iterum in ſequenti nocte in furno apponantur: ⁊ tantum apponantur ꝙ comburantur. ⁊ reſerua: ⁊ habes combuſtionis modum. Et hoc modo conchilia omnia comburuntur: ⁊ oſſa animalium ⁊c.

¶ Operatio ignis in medicinis eſt triplex. quedam enim torreſiunt: ⁊ cognoſcuntur quādo ſunt torrefacte: quia cum calor penetrauit totam ſubſtantiam medicine: tūc operatio eſt perfecta. ⁊ per illam remouetur quedam parua humiditas que in medicina erat. Secunda operatio eſt aſſatio per quam remouetur pars humida: ⁊ viſcoſa ſubtiliatur. vt in ſemine lini. ipſius aſſatio cognoſcitur: quia quando incipit in ſuperficie colorem mutare. ⁊ ad contrarium quod ante erat reducitur aſſata eſt. Tertia operatio eſt combuſtio. ⁊ hoc fit tranſmutando virtutē vnam ⁊ fortificando aliam. vt in reubarbaro ⁊ mirabolanis. quando comburuntur pars ſubtilis ſolutiua debilitatur: ⁊ terreſtris ſtiptica augetur. Et ipſius combuſtio cognoſcitur quando naturalem ⁊ proprium colorem in tota ipſius ſubſtantia deperdit ⁊ alium acquirit. tunc combuſta eſt. Et hoc notent bene apothecarij.

¶ Medicina ſex de cauſis aduritur. prima vt eius acuitas amoueatur: vt de vitriolo. ſecunda vt per aduſtionē acuitas acquiratur. ⁊ ſic lapides aduruntur. ⁊ in calcem tranſmutantur. tertia quando ipſa eſt valde groſſa: propter quod ipſa ad partes remotas non poteſt penetrare niſi ſubtilietur. vt cornu cerui. quarta vt melius poſſit conteri vt ſericum. quinta vt malitia medicine remoueatur. ⁊ ſic ſcorpiones aduruntur. ſexta cauſa vt humiditas ſuperflua cōſumatur. ⁊ ſic mirabolani ⁊ omnes medicine que dantur contra fluxum ventris aduruntur. vt auferatur gūmoſitas illa per quam laxabant.

¶ Papauer ſi ſimpliciter ſcriptum reperitur ſemper de albo itelligatur. ⁊ de ſemine non de alia parte plāte. Modus vero aſſationis eius eſt ſicut cetera ſemina: ſupra in diadragaganto calido. Clare modum reperies.

¶ Deſcriptio. 15.

**Trociſci** de myrrha. Raſis. ix. Almanſoris capitulo de prouocatione menſtruorum: optimi ⁊ efficaces in prouocatione menſtruorum. ¶ Recipe myrrhe. ʒ. iij. lupinorum optime tritorum. ʒ. v. foliorum ruthe. mentaſtri. pulegij. cimini rubee tinctorum aſſe. idest aſſe fetide ſerapini: oppoponaci. ana. ʒ. ij. conterantur omnia: ⁊ conficiantur trociſci cum aqua in qua bullierint ⁊ cocte fuerint. ʒ. ij. ſeminis iuniperi.

¶ Notent apothecarij vt ſuis erroribus corrigātur. Nam reperitur in receptis aſſa ſimplici. ſcilicet ſcriptum: ⁊ idē eſt quod aſa fetida. Et aſſe duplici ſſ: ⁊ idem eſt quod thimus: quare hanc notate differentiam. Et ideo in cōpoſitione multi errant ponentes thimum pro aſſa fetida.

¶ Si reperitur ſcriptum in receptis ſimpliciter rubee vel rubea ſemper debes intelligere de rubea tinctorum que eſt quedam radix cum qua tinctores in rubeum tingunt.

¶ Deſcriptio. 16.

**Trociſci** de terra ſigillata Meſue: inuentione noſtra qui ſunt in vſu: vltimi iuuamenti ad ſputum ⁊ ad egreſſionem ſanguinis: ⁊ proprie ſumpti cum aqua arnogloſſe: ⁊ liniti ſuper frontem ſedant fluxum ſanguinis ex naribus. ⁊ liniti ſuper matricem ſedant fluxum menſtruorum: ⁊ quandoq; iniiciuntur in matricem: ⁊ in veſicam: ⁊ liniuntur partes pectinis: et omne membrum emanationis ſanguinis. ¶ Recipe ſanguinis draconis: gummi arabici: aſſi: ramich. idest cuiuſdam compoſitionis infra deſcribende foliorum roſarum: ſeminum earum: ſcilicet roſarum: amidi: aſſi: ſpodij: achatie: lapidis emathitis: euſiſtides. idest hypoquiſtidos: balauſtie: boli armeni: ſeu luti armeni quod idem eſt. terre ſigillate ſebedengi. idest ſeminis canapis: coralli. ſcilicet rubei charabe. ana. ʒ. ij. margaritarum: dragaganti: papaueris nigri. ana. ʒ. i. ſ. ſeminis portulace: aſſe cornu cerui vſti: thuris: gallarum: croci. an. ʒ. ij. conterantur omnia: ⁊ fiant trociſci cum aqua arnogloſſe. idest cum aqua plantaginis: ⁊ hi ſunt ſine opio. Sed ſi cum opio facere vis addas ſuprascriptis opij thebaici. ʒ. ij.

¶ Differentia eſt inter ſedenagi ⁊ ſebedengi. ſedenagi, idest lapis emathitis. ſebedengi vero idem eſt quod ſemen canapis. contrarie tamen opinionis fuerunt Gentilis ⁊ Chriſtophorus de honeſtis exponentes de mente aliquorum qd eſt fumuſterre ſebedengi non ſemen canapis. Ego vero apponi facio dictum ſemen: cum magis hoc in caſu conueniat. ¶ Varia eſt opinio inter homines de ſemine roſe. quidam enim dicunt ꝙ ſemina roſe ſunt quedam grana que reperiuntur incluſa in illa parua groſſitie que ſuſtine folia roſe: et ſunt piloſa. Quidam dicunt ꝙ non illa. ſed illa ſunt que reperiuntur in medio roſe habentia colorem glaucum: ⁊ iſta opinio eſt falſa. Nam illa a doctoribus appellatur antera. Prima ergo opinio eſt vera: eo ꝙ ſemen alicuius dicitur eſſe. illud quo ſeminato producit ſibi ſimile. ſed hoc facit illud ſemen piloſum groſſitudinis groſſi milij nō rotundum. ſed compreſſum quod reperitur aperiendo illam paruam groſſitiem: vt ſupra dictum eſt. ⁊ vulgo dicitur grattaculo. Et colligendum eſt de menſe Maij vel Aprilis. ¶ In receptis quando ſimpliciter ſcriptum reperitur coralli rubei apponendi ſunt: de eis intelligendo. ⁊ non de alijs. Si vero ſcriptum reperiatur corallorum ⁊ de rubeis ⁊ albis eſt intelligendum. ¶ Hypoquiſtidos. idest ſuccus ipſius herbe in medicinis apponitur: vt ſupra dixi: qui fieri debet in menſe Aprilis ⁊ Maij: et vſui reſeruari.

¶ Deſcriptio. 17.

**Trociſci** de aniſo Meſue: qui auferunt febres antiquas: ⁊ aperiunt opilationes: ⁊ emendant malitias epatis. ¶ Recipe aniſi ſcilicet ſeminis eupatorij. ana. ʒ. ij. ſeminis aneti: ſpice: maſticis: folij abſinthij: aſſari: apij. ſcilicet ſeminis. amigdalarum amararum. ana. ʒ. ſ. aloes. ʒ. ij. conterantur omnia: ⁊ fiant tro-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-9017-p0030-5

ciſci cum ſucco abſinthij.

¶ Amigdalarum ſi ſimpliciter ſcripte reperiantur: ⁊ abſolute: tunc de amaris eſt intelligendum: ⁊ non de alijs niſi exprimatur. Eo quia dulces competunt eſui. Amare vero vſui medicine.

¶ Medicine que ſumuntur a ſuperfluitatibus animalium debent ſumi ab animalibus viuentibus ſanis ⁊ tẽpore veris: vt cornu cerui ⁊c.

¶ Deſcriptio. 18.

Trociſci de agarico extracti ex dictis Meſue capitulo de agarico: ⁊ ſunt incolumes: ⁊ hoc modo agaricus communiter preparatur: ⁊ dicitur agaricus trociſcatus: cuius magnificata eſt operatio. De quo Democrytus dixit quod eſt medicina familie: quia ad ſingulas partes corporis cõmoditatem affert. ¶ Recipe agarici electi ⁊ mundi. ℥.i.ß. ſalis gemme. ℥.ß. zinziberis mundi. ʒ.i. ℈.i. conterantur omnia: ⁊ cum oximelle ſimplici fiant trociſci: vel in paſta permittant. Aliqui ſunt qui hanc compoſitionem faciunt: ⁊ relinquunt in paſta: ⁊ dicunt quod tunc appellari debet agaricus trociſcatus. Si vero reformant ad formam trociſci ꝙ tunc appellandi ſunt trociſci de agarico. Sed ipſorum ſalua pace ſub quacunqꝫ forma appellari poſſunt ⁊ agaricus trociſcatus ⁊ trociſci de agarico.

¶ Deſcriptio. 19.

Trociſci alandal Meſue: qui ponuntur in hiera hermetis: ⁊ in alijs confectionibus loco coloquintide: ⁊ ſic generaliter faciunt apothecarij. ¶ Recipe coloquintide albe ⁊ bone mundate a granis interioribus. ʒ.x. incidatur cum inciſorio inciſione minuta: ⁊ fricetur: manibus prius tamen inunctis cum oleo roſato: deinde accipe dragaganti. Gummi arabici bdelij. añ. ʒ.ß. ⁊ gra. xv. aque roſate. ℥.iiij. infundant preſcripte gumme in dicta aqua ⁊ dimittant per dies quatuor: ⁊ cum dictis mucillaginibus fiant trociſci de dicta coloquintida ſubtiliter inciſa: ⁊ exiccent in vmbra. Deinde iterum terantur contritione bona: ⁊ iterum cõfice cum glutine eorum: ⁊ facias trociſcos: ⁊ iteruꝫ exicca in vmbra: ⁊ reſerua.

¶ Gumme colligende ſunt anteq̃ȝ indurent ⁊ minorentur: quia ſi non colliguntur illo tempore reducũtur in puluerem: ⁊ virtus ipſarum deperditur.

¶ Quare autem medicine coagulent eſt vt virtus calida que in eis eſt extinguat vel in totum remoueatur.

¶ Deſcriptio. 20.

Trociſci diacoralli Nicolai: qui ingrediunt deſcriptionem tyriace de mẽte Galieni. ¶ Recipe coralli rubei: cinamomi: myrrhe: amomi: papaueris albi. ana. ℥.ß. ſquinãti: croci. añ. ʒ.ij. calami aromatici xilobalſami: caſſie lignee: folij: maſticis: polij ſu. ideſt valeriane: aſſari: pedis columbini. ana. ʒ.i. Conterant omnia: ⁊ cum vino optimo forment trociſci de ſolido vno pro ſingulo. ¶ Hic incidenter eſt notandum ꝙ habẽs defectum appetitus nunq̃ȝ debet vti croco: ⁊ hec eſt regula generalis: quoniam malum faſtidium generat: hoc Joannes de ſancto amando in fine opuſculi ſui.

¶ Deſcriptio. 21.

Trociſci de tyro Nicolai: qui etiam in magna tyriaca Galieni ingrediuntur: ⁊ inde ſortita eſt nomẽ tyriaca. ¶ Recipe tyros lõgitudinis vnius palmi exiſtentes: oculos habentes rubeos: ⁊ linguam mobilem: ⁊ cornua in modum grani frumẽti. Caput ⁊ caudam tribus digitis menſuratis abſcinde: mediuꝫ qḋ remanet excoria. Et inteſtinis proiectis optime dulci aqua laua: ⁊ in dicta aqua pura ⁊ munda coque: donec ſpine a carnibus ſeparentur: poſtea ſpinis proiectis carnem in marmoreo mortario tere. Et cõmixta eiuſdem ponderis farina orobi vel panis frumenti aſſi cum iure ſuo tempera: ⁊ fac inde trociſcos: ⁊ reſerua.

¶ Trociſci iſti non debent eſſe multe quantitatis: ⁊ bene in medio ſunt comprimendi: ⁊ in vmbra exiccandi. Et in ſua bonitate ⁊ virtute per annuꝫ ſeruant ⁊ nõ plus.

¶ Deſcriptio. 22.

Trociſci de ſquilla Nicolai qui etiam ingrediuntur compoſitionem tyriace. ¶ Recipe ſquillam integram ⁊ diuide: interiorem ⁊ poſteriorem partem abijciendo: mediam vero partem inuolue in paſta fermentata: ⁊ in furno coque: cocta abſtrahat de paſta: teratur in mortario bene: ⁊ tantundem farine orobi adde: ⁊ exinde trociſcos reforma cum vino vel melle puro ⁊ mundo: ⁊ in vmbra exiccentur. Et ſi deeſt orobum tantũdem panis aſſi ſubtiliſſime triti pone.

¶ Mel purum ⁊ electum hoc modo cognoſcitur ⁊ habꝫ ſex conditiones prout infra ſcriptum. Primo debet eſſe vernale: quia illud melius eſt hyemali. Secundo ꝙ ſit rubeum. Tertio ꝙ ſit graue: vnde quod in fundo eſt melius eſt. Quarto ꝙ ſit dulce: quia quãto dulcius tanto melius. Quinto ꝙ ſit denſum: qꝛ quãto denſius tanto ꝑfectius. Item mel apum melius eſt q̃ȝ mel canne.

¶ Commemorare ⁊ inſuper ꝙ infra tangetur: ꝙ ſquilla cum cultello ferreo non eſt incidenda: nec interior ⁊ exterior pars accipienda: cauſa autem infra aſſignabitur in tractatu ſyruporum ⁊ loch.

¶ Deſcriptio. 23.

Trociſci Alindaracaron: ideſt Andronici Auic. quinto canonis: ⁊ eſt tertia deſcriptio: qui ingrediuntur compoſitionem tyriace magne Andronici. ¶ Recipe aſſelibet: ideſt arboris cornute vel meſpili. ʒ.vj. ſquinanti. ℥.i. calami aromatici: myrrhe: aſſari: xilobalſami: ideſt ligni balſami. ana. ʒ.vj. cinamomi: amomi. ana. ℥.iij. caſſie lignee. ʒ.vj. amaracon: ideſt maiorane. ʒ.xx. ſpice inde. ʒ.xvj. polij. ʒ.vj. myrrhe. ℥.iij. maſticis. ʒ.vj. croci. ℥.i.ß. conterantur omnia per ſe: ⁊ fiant trociſci cum vino albo.

¶ Species trociſcoruꝫ omniuꝫ ſubtiliſſime conterende ſunt: ⁊ per ſpiſſum ſetatiuꝫ trãſeunde: vt melius per oĩa membra tranſire poſſint ⁊ per paruas venas.

¶ Aſſelibet dicit Gentilis ꝙ ignorat quid ſit: ſed eius loco dꝫ poni xilocarates. xilocarates nota: ideſt arbor cornuta: que eſt arbor portans cornales vel meſpilos loco ſummitatis alterius accipi poteſt: vt ab antiquis doctoribus colligere potuit ⁊c.

¶ Deſcriptio. 24.

Trociſci de vipera Auicen. quinto canonis: qui ſunt trociſci de tyro: qui ingrediunt tyriacam. Raſis tamẽ ⁊ Andronicus melius oſtendunt de forma vipere q̃ȝ faciat Auic. ℞. vipas nouiter captas: ⁊ abijciant a parte capitis eius q̃ttuor digiti: ⁊ ſimiliter a parte caude ipſius: medium vo qḋ remanet ꝯſeruet: ⁊ aperiat: ⁊ extrahantur viſcera eius: ⁊ proprie fel eius. Et bene abluatur cuꝫ aqua ſalita ablutione exquiſitiſſima: hoc facto decoquant in aqua bñ ſalita: ⁊ cũ eis addatur anetum: ⁊ coquantur leui coctione: donec leuis fiat collectio carnis ab oſſe ipſarum: ⁊ carnes earum in mortario lapideo bene piſtent: deinde miſceant cum quantitate equali tortellaꝝ de ſeni bene contritarum: ⁊ fiant trociſci cum iure earuꝫ: ⁊ qui eos facere vult vngat digitos ſuos oleo balſami: ⁊ fiant trociſci parui bñ cõpreſſi: qui

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-9017-p0031-1 DFG

ex'ccentur in vmbra: per annum conſeruantur: ⁊ adminiſtrentur ⁊c.

¶ Uipera de qua ſupraſcripti trociſci fieri debent debet habere has conditiones. Primo debet habere planum ⁊ latum: apud propinquitatem colli debet eſſe minuta ⁊ ſubtilis: valde Cauda curta: ſtrepitum faciens ⁊ ſonitum in inceſſu: velox motu: ⁊ aſpectus eius preſumptuoſus ⁊ audax ⁊ flaua: ⁊ de flauis femina. Cuius cognitio eſt: q2 maſculi habent vnum dentem in omni latere ⁊ femine plures: ⁊ capi debent in loco ſicco: humide enim ſunt male: ⁊ ſint velocis motus: tenentes caput altum ac eleuatum: ⁊ vt capiuntur illico incidatur pars capatis ⁊ caude ſm quantitatem in trociſcis dictam: ꝙ ſi ab eis currit ſanguis plurimus: fuerit motus eius: in illa diſpoſitione plurimus ⁊ mors ipſius tarda tūc ſcias quod eſt electa. Ex vipera igiṫ ſupraſcripta ſigna habētia trociſci fieri debent.

¶ Trociſci ſint paruiſſimo minuti ſubtiles exiccentur in vmbra ⁊ reponanṫ. Cuſtodianṫ etiam a radijs ſolaribus ante ⁊ poſt exiccationem. Sol enī deſtruit: ⁊ priuat eos a virtute appropriata carnibus viperarum ⁊c.

¶ Deſcriptio. 25.

Galia muſcata Meſue: que cerebrum ⁊ cor confortat: ⁊ ingrediṫ in deſcriptionibus medicinarum: ⁊ facit corporis ⁊ oris odorem bonum. ¶ ℞. xiloaloes crudi.i.ligni aloes crudi.ʒ.v. ambre.ʒ.iij. muſci boni.ʒ.i. gummi dragaganti liquefacti in aqua roſata quantum ſufficit: ⁊ fiant trociſci: conterendo conterenda: ⁊ ſigillentur.

¶ Muſcus enim ⁊ ambra terenda non ſunt: nec pulueriçanda: ſed diſſoluenda ſunt cum aqua: eo quia pulueriçando euaporat virtus ſua: vt de gummis dixi in recepta diadragaganti.

¶ Deſcriptio. 26.

Galia ſebelia Meſue: que ſtomachum ⁊ cor confortat ⁊ epar debilia: ⁊ ingreditur in medicinis magnis. ¶ ℞. foliorum roſarum recentium ⁊ humidarum: que iam incipiunt reſerare nodos.i. que quaſi ſunt complete dilatate.℥.i.ſ. terantur contritione vltima in mortario lapideo: deinde accipe ligni aloes boni ⁊ electi: gariofilorum: gummi arabici: ſpice inde. ana ʒ.i.ſ. ſandalorum citrinorum.ʒ.ij. ramich.i. cuiuſdam compoſitionis.ʒ.iij. Terantur omnia hec ſubtiliſſime: ⁊ miſceantur cum ſupraſcriptis roſis: ⁊ ſimul piſtando bene miſceantur humectando omnia cum pauco aque roſe infuſionis gummi arabici: ⁊ iterum terantur: deinde iterum humectentur ⁊ teranṫ. ⁊ hoc facias per totam vnam diem: poſtea aromatiçentur cum.℈.ij. muſci ambre ⁊ camphore. ana. aure. medium.i.℈.ij. ⁊ gra.v. ⁊ fiant trociſci: ⁊ ſigillentur.

¶ Galie omnes ſpecies ſunt ſubtiliſſime terende: ⁊ ꝑ ſpiſſum cribrum traſeunde: vt ipſarum confortatio ad longinqua membra penetrare poſſit.

¶ Jſta compoſitio eſt illa que intrat in aromatico nardino Meſue: ⁊ de iſta intelligitur cū ſcriptum reperitur galia ſebelia ⁊c.

¶ Deſcriptio. 27.

Galia leſangina Meſue: de qua plurimi loquunṫ: cerebrum: cor: ſtomachum ⁊ epar confortās ⁊ omnia membra nutritionis: ⁊ linitur ſuꝑ neruos debiles: ⁊ confortat eos: ⁊ ingrediṫ in medicinis magnis.

¶ Recipe mirabolanorum emblicorum abiectis oſſibus.℥.iij. conterantur contritione groſſa: ⁊ ponantur in vaſe vitreo ſtricti orificij: ⁊ ſuper eos fundatur aque roſe lib.ſ. in qua prius fuerit infuſum per diem ⁊ noctem roſarum ſiccarum: ⁊ corticum citri. ana.ʒ.ij. ⁊ ſtringatur os vaſis ⁊ dimittatur per dies tres: deinde iterū infundātur.℥.iiij. aque roſe preparate vt ſupra ſuꝑ eos: ⁊ iterum per triduum dimittatur: poſtea ⁊ tertio iterū ℥.iiij. de dicta aqua roſata preparata vt ſupra ſuper eos ponatur: ⁊ per triduum dimittatur: obturando os vaſis vt ſupra: vſquequo virtus in dicta aqua roſata: mirabolanorum relicta ſit: deinde colentur: ⁊ aque reſeruentur: poſtea accipiaṫ ligni aloes boni.℥.i. Ramich. ideſt illius compoſitionis.ʒ.i.ſ. roſarum.ʒ.x. gariofilorum.℥.x. ſpice inde.ʒ.iij. ſandali citrini aromatici: ideſt odoriferi.℥.ſ. gummi arabici.ʒ.vj. Teranṫ omnia ſubtiliſſime: ⁊ fundatur paulatim ſuper eos de ſupraſcripta aqua roſata colata a mirabolanis: ⁊ intantum conteranṫ ꝙ dicta aqua tota ꝑmiſceatur cum dictis pulueribus: vltimo vͦo aromatiçetur cum camphore.ʒ.i. Ambre.ʒ.ij. Muſci boni.ʒ.i. ⁊ fiāt inde trociſci: ⁊ ſigillenṫ.

¶ Si ſecundum doctrinam tibi ſupra datam non velles camphoram d ſſoluere: ſed pulueriçare tunc: ne tota circū mortario deꝑdaṫ hoc modo facias. Primo ſic: in dicto mortario piſtabis duas vel tres amigdalas: a quibus erit quedam vnctuoſitas: que circūuoluta mortario non ꝑmittit camphoram mortario adherere: piſtatis amigdalis abijciantur: ⁊ camphora intra ponatur ⁊ piſtetur: ⁊ ſic nihil de ea deperdiṫ. Hec annotare volui propter iuuenes: q̄ꝗ̄ ego antiquos quandoq; in hoc errare viderim: ⁊ non ſine riſu ⁊c.

¶ Deſcriptio. 28.

Galia magna: ſiue regaľ: ſeu çucabalertiṫ Meſue: que ſtomachum: cor: ⁊ epar: ⁊ omnia membra nutritiua confortat: appetitum excitat: ⁊ digeſtionem procurat. ¶ ℞. ſucci albelah. lib.i. bulliat ebullitione vna: deinde coletur ⁊ proijciatur ſuper ipſum: galiarum recentium contritarum contritione vltima.℥.iij. ⁊ ſimul bulliant: donec fiant ſic̄ mel. Deinde accipe roſarum.℥.i. cardamomi ſcilicet maioris ⁊ minoris: lingue auis.i. ſeminis fraxini: gariofilorum: nucis muſcate: maſticis: ligni aloes. ana.ʒ.vij.ſ. darſeni.i. cinamomi electi ʒ.iij. ſandali maçachari.i. citrini.ʒ.v. croci.ʒ.ſ. gūmi arabici.℥.i. Terantur contritione ſubtiliſſima: ⁊ cribellentur: deinde miſce cum predicto ſucco: poſtea expandantur omnia hec mixta ſuꝑ marmor inunctum oleo amigdalaꝝ: ⁊ dimittanṫ donec ſiccentur: deinde pulueriçenṫ ſubtiliſſime: ⁊ aromatiçenṫ cum auṙ.ſ. muſci diſſoluti in aqua roſata: ⁊ cū dicta aqua fiant trociſci: qui exiccētur in vmbra: ⁊ ſigillentur ⁊ reſeruentur.

¶ Jnter doctores magna eſt diuerſitas de albelab: quidam enim dicunt ꝙ eſt flos palme: vt Auicen. quidam ꝙ eſt ſpecies dactilorum. Alij ꝙ ſunt dactili immaturi: ⁊ hec opinio vera eſt. Sed quia non portantur noſtram in patriam ita virides: ꝙ ſuccus ab eis extrahi poſſit: igitur hoc modo faciendum eſt. Accipias dactilos immaturos quantitatem quam volueris: vt libras duas bene piſtentur: vel minutiſſime incidantur: ⁊ poſt inciſionem apponantur ad ignem cum lib. duabus aque communis: ⁊ permittantur ſimul bullire donec aqua remaneat in lib.ſ. deinde dicti dactili exprimantur bene in petia vel ſtaminea: ⁊ ſuccoſitas ab eis exiens reſeruetur ⁊ vtatur in hac confectione: ⁊ hoc facias ſi ſuccum dactilorum habere non potes: ꝙ ſi haberi poteſt ſuccus magis conueniens eſſet: q̄ꝗ̄ enim ab ipſa decoctione virtus ipſorum extrahaṫ: tamen per dictam decoctionem de virtute eius indubie reſoluitur.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-9017-p0032-7
DFG

¶ Deſcriptio. 29.

**Confectio** ſeu trociſci ramich Meſue: que eſt medicina compoſita: ⁊ recipitur in alijs medicinis: ⁊ confortat ſtomachum: cor: ⁊ epar: ⁊ valet ad lubricitatem viſcerum ⁊ inteſtinorum: ⁊ ſedat acuitatem ⁊ ſiſtit fluxum colericum: ⁊ vomitum. ¶ ℞. ſucci acetoſe vel citoniorum. ℥. xvj. roſarum. ℥. i. granorum mirti. ℥. ij. bulliant ſimul ebullitione vna: poſtea colentur: ⁊ colature miſceantur: gallarum recentium ⁊ humidarum contritarum contritione vltima. ℥. iij. ⁊ iterum coquantur: deinde pulueriſentur ſuper ea foliorum roſarum. ℥. i. ſandali maſachari. i. citrini. ʒ. x. gommi arabici ℥. ſ. ſumach: ſpodij ȯ cana. an̄. ʒ. viij. ſucci agreſti. ʒ. vij. ſucci granatorum mirtilorum tritorum vltima contritione. an̄. ℥. ſ. ligni aloes: gariofilorum: macis: nucis muſcate. an̄. ℥. ſ. miſceantur omnia ſimul in ſcutella lapidea: ⁊ illic permittantur donec exſiccent. Poſtea pulueriſent ſubtiliſſime: ⁊ cum. ʒ. i. ſ. camphore diſſolute in aqua roſata fiant trociſci ad pondus. ʒ. i. ⁊ reſerua.

¶ Hic multi heſitant ꝓpter falſitatem littere: vna enim littera dicit ſucci granorum mirtilorum: ⁊ illa falſa eſt. Sed dicere debet vt preſcripſi. ſ. ſucci granatorum: mirtiloꝝ tritoꝝ: ⁊ ſic bene ſtat: ⁊ in hac patria fieri pōt ⁊c̄.

In meſ. et antiq̄ hı̄ ſucci granoꝝ mirti. ℥. iiij. ſed iſte forte carebat mirtillis: iō hoc mō ſcripſit.

¶ Deſcriptio. 30.

tur ſubtiliter ɔterenda.⁊ miſceantur꞉valet hoc vnguen
tum ad interficiendū vermes ſeu pediculos capitis pal/
pebrarum ⁊ inguinuꝫ. ¶ Aſſungia ſi ſimpliciter ſcripta
reperiatur ſemper de aſſungia porcina eſt intelligendū.
¶ Hic vtiliter eſt notandum q̄ ſtomachus ⁊ epar non
debet aliquo vnguento vngi꞉aut aliquod emplaſtrum
vel cerotum ſupra eos ponendum eſt poſt cibum.q꞉ at/
trahendo calorē a loco digōnis impediret cibi digōnē.
⁊ naturā a ſua digeſtione ſeu operatōe diuerteret. ¶ Un
guenta emplaſtra ⁊ cerota.vt pl'm conſeruanꝰ per annū
in ſua virtute ⁊ bonitate꞉⁊ nō plus.q꞉ elapſo anno pau/
latiue humiditas eoꝝ nālis deperditꝰ ⁊ terreſtreitas acq
ritur.quare notent apothecharij.⁊ his completur ſum/
ma octaua que fuit vnguentorum.

¶ Incipit.ix^a.diſtinctio que eſt de emplaſtris.⁊ continet
vj.deſcriptiones. ¶ Quarum prima eſt.

**EMplaſtrum** de mellilot Meſ.
mollificās oēm du
riciē q̄ fit in ſtō epate ⁊ ſplene ⁊ oībus viſceri
bus. ¶ ℞.mellilotí.℥.vj.floꝝ camomille fe/
nugreci.ſ.ſemis baccaꝝ lauri radicū althee
abſinthij an̄.ʒ.iij.ſeminis apij cordūeni ideſt carui agre/
ſtis hyreos.ſ.radicis ciperi ameos. Spice caſſie lignee.
an̄.℥.i.ſ.ſanſuci.i.maiorane.ʒ.iij.armoniaci.ʒ.x.ſtoracis.
bdelij.an̄.ʒ.v.terebentine.℥.i.ſ.ficuum pinguiū.nuō.xij.
ſepi caprini reſine.an̄.℥.ij.ſ.cere.℥.vj.olei ſanſuci.i.maio/
rane.olei ſpice.an̄.lib.ij.conficiatꝰ ſic. Ex ſemine fenugre/
ci.radice althee ⁊ ficuū fiāt mucillagines in aqua deco/
ctiōis alterias fenugreci camomille ⁊ melliloti.an̄.q̄ꞇtū
ſufficit꞉⁊ de dicta decoctione ēt gumme p̄ſcripte diſſol/
uanꝰ.Cetera vō puluerizētur꞉⁊ additis oleis cera꞉⁊ adi/
pibus fiat empl'm. Potes ēt alio mō facere.decoquere.ra
dices althee ⁊ ficus in preſcripta decoctione꞉⁊ poſt ipſa/
rum pfectā coctionē bn̄ illa piſtare꞉⁊ gummas in deco/
ctione diſſoluere.cetera vō puluerizare꞉deinde cuꝫ oleis
p̄dictis qō remanſit de decoctione miſcere꞉⁊ his addere
⁊ radices ⁊ ficus ⁊ gūmas diſſolutas.⁊ iteruꝫ ſimul tā/
tū bullire q̄ decoctio ɔſumpta ſit.poſtea adde flores꞉⁊
leui bullitione bulliāt꞉deinde terebētina reſina colata ſe
pum ⁊ cera ponanꝰ ⁊ bulliāt vſq꞉ ad liquefactionē cere
deinde ab igne deponanꝰ ⁊ puluis ſupraſcriptaꝝ reruꝫ
addatꝰ꞉⁊ bn̄ oīa miſceantur ⁊ reſeruēꝰ. Et hic melior erit
modus꞉quāq꞉ etiam ſuperior ſit bonus. ¶ Ea que i em
plaſtris ponunꝰ non multum ſunt conterenda꞉eo q꞉ v̄/
tus ipſius ſolū agit in mēbrum qō tangit꞉⁊ diu vt^s eius
durat. Et dꝫ eſſe empl'm groſſum qn̄ ſuper locum egruꝫ
ponitꝰ. ¶ Aliq empirici apothecarij puluerizāt ſemē lau
ri exteriori cortice nō amoto ⁊ male꞉quare in quocunq꞉
loco ponūtꝰ ſemꝑ a ſuperiori cortice mundenꝰ. ¶ Cor
dumeni.i.carui agreſte. Sꝫ ſi haberi nō poſſit eius loco
apponi pſit carui domeſtici. ¶ Deſcriptio ſecūda.

**Emplaſtrum** Gallieni poſitū a Me.emēdās
vicia ſtōi ɔfortās ſtōm꞉⁊ emen
dans eius vitia q̄ ex a friditate fiunt꞉ɔfortans digōnē꞉⁊
appetitū ꝓcurās ⁊ ɔfortans epar꞉⁊ ſedās dolorē eoruꝫ.

¶ ℞.roſarum.ʒ.xx.folioꝝ abſinthij ſicci.ʒ.xv.maſticis
ʒ.xx.ſpice inde.i.ſpice nardi.ʒ.x.terantur ſeu ɔteranꝰ hec.
deinde accipe cere mūde.℥.iiij.olei ro.lib.i.ſ.diſſoluanꝰ
duo hec ad ignē ⁊ lauentur poſt earum coagulationem
cum aqua roſa.lauationibus pluribus꞉deinde iterū diſ/
ſoluantur꞉⁊ poſt congelationem lauentur in vino veteri
ſucco citoniorum꞉⁊ paruꝫ aceti.deinde miſceanꝰ cū pul
uere rerum ſupraſcriptaruꝫ.⁊ fiat emplaſtrum. ¶ Mo/
dus iſte eſt bonus꞉ſed ego ſoleo illum lauari facere poſt
predictas lotiones. In vino optimo nigro vt maiorē ſti/
pticitatē iteꝝ hēat ⁊ confortationem. ¶ Deſcrip.3.

**Emplaſtrum** diaſinicō Meſ.eſt ɔfortatiuuꝫ
ſtōi ⁊ epatis in quibus accidit
vehemens debilitas꞉⁊ viſceꝝ qbus accidit lubricitas ⁊
mollificatio.⁊ cōfert ad fluxū vētris.⁊ ad fluxū epaticū.
℞.cere.℥.ij.olei nardini꞉olei roſ.an̄.℥.iiij. maſticis.ʒ.ij.ſ.
laudani.ʒ.i. Puluerizenꝰ pulueriʒanda꞉⁊ liquefacta ce/
ra cū oleis miſceanꝰ꞉⁊ reducanꝰ ad formam ceroti.deīde
accipe dactylorū ſiccoꝝ numero.xl.tortellaꝝ de ſeni.ʒ.
v.duo hec fundanꝰ ꝑ duos dies in optio vino nigro ſub
tiliter inciſa ⁊ tortelle ɔfracte.carnū citonioꝝ coctorū
in vino.℥.i.terantur dactili cōtritione vltima carnes cito
nioꝝ ⁊ tortelle de ſeni oīa ꝑ ſe.deinde iteꝝ in ſimul.dein
de miſceanꝰ cū ſupraſcripto ceroto꞉⁊ ɔtūdanꝰ in morta
rio donec aggregenꝰ.deinde ꝓīce ſup ea.olibani abſin/
thij ſicci.an̄.ʒ.ij.ſ.ligni aloes macis myrre aloes loti ſpi/
ce achatie galie muſc.ramich calami arōatici.an̄.ʒ.i.pul
uerizenꝰ ſubtilr̄ h꞉ deinde cū alijs rebus miſceanꝰ꞉⁊ ɔte/
ranꝰ mortario bn̄ donec oīa cōmiſceanꝰ꞉⁊ fiant in vnum
formā hn̄s empl'i. ¶ Calam^s vel calami ſi ſimplr̄ ſcriptū
reperiatur de calamo aromatico ſemꝑ eſt intelligenduꝫ.
¶ Aloes qō ingreditꝰ in emplaſtris vnguentis ⁊ cerotis
ſemꝑ dꝫ eſſe lotū꞉cū magis ɔfortatiuum ſit.magiſq꞉ de/
ſiccatiuum ⁊ minus mordicatiuuꝫ. Deſcriptio.4.

**Emplaſtrum** de granis lauri Meſ.ɔferēs ad
dolores ex friditate ſcōs ⁊ vēto
ſitate꞉⁊ ꝓpe ad dolorē vētris꞉⁊ ſtōi꞉⁊ renū꞉⁊ inricū꞉⁊ ve
ſice꞉⁊ alioꝝ viſceꝝ.℞.olibani maſticis myrre.an̄.℥.i.gra
norum lauri.℥.ij.ciperi coſt.an̄.℥.ſ.mellis cocti.lib.i.ſ.
ɔterantur oīa p̄ſcripta꞉⁊ reducanꝰ cū melle ad formam
emplaſtri.⁊ ſi vis empl'm valere in hydropiſi his preſcri
ptis oībus addas.cipi.℥.i.ſ.ſtercoris capraruꝫ꞉vel vacca
rū ſicci pulueriʒati.ʒ.vij.ſ.qō eſt ad pondus oīum.mell'
lib.ij.ē.n.multū ɔueniēs.vt a Meſue videri pōt eo loco
¶ Ad faciēdū empl'm cū melle ꝓ oī lib.i.mellis dare de/
bes.℥.iiij.ſpēꝝ cribellataꝝ ſi ōbitā formā hr̄e dꝫ. ¶ Mel
in emplaſtris nullo mō coquēdū eſt.eo q꞉ coctura mul
tū tenax ipſum facit.ideo ponatur in eis crudum.
¶ Deſcriptio quinta.

**Emplaſtrum** montagnane꞉ɔ fluxū qō in vſu
eſt valēs in oībus fluxib^s anti/
quis diaricis꞉⁊ ex eo calido totū miracha ſcuto oris ſto/
machi vſq꞉ ad ilia ⁊ femur. ¶ ℞.eupatorij.M.i.ſquinā
ti.M.ij.ſpice inde quartam partem.M.vnius.maſticis
macis an̄.℥.ſ.ligni aloes.ʒ.iij.mirabolanorum emblico/
rum chebulorum aſſatorum.ana.℥.i.boli armeni lapi/
dis emathitis terre ſigillate.ana.ʒ.vj.ſeminum corian/
drorum preparatorum.℥.i.ſ.ſpodij.ʒ.ij.roſarum.℥.i.fari
ne ordei.℥.ij.ſpecierum triaſandalorum ſine camphora
℥.ſ.ſcorie ferri preparate.ʒ.i.olei maſticis olei myrtillo/
rum.ana.lib.i.ſ.contundatur ſubtiliter eupatoriū. Ce/
tera vero puluerizentur.⁊ fiat emplaſtrum in bōa forma
Mirabiliter enim valet in fluxu ventris. ¶ Caphoram
non iuſſit appōi ſpeciebus triaſandaloꝝ h꞉ in emplaſtro
intrātibus ꝑꝑ intenſam ipſi^s frigiditatē. Inteſtina.n.ſūt
debilis caloris꞉nec multū frida. ſunt apponēda circa ea

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-9017-p0046-5
DFG

regulariter operando. ¶ Deſcriptio. 6.

**Emplaſtrum** de cruſta panis mõtagnane. valet in vomitu pueroꝝ: ⁊ in nõ potẽtib⁹ cibũ retinere: multũ in vſu eſt: qđ actu calidũ in oĩ vomitu ſedat eum in media hora. ¶ ℞. maſticis mẽthe ſpodij. coralloꝝ rubeoꝝ: ſandaloꝝ alboꝝ: ſandaloꝝ rubeoꝝ. añ. ʒ. i. cruſte panis aſſi ⁊ ĩfuſi in aceto p mediã horã. ℥. ß. olei maſticis: olei cytonioꝝ. añ. ℥. i. farine ordei. ℥. i. ß. ꝯteraſ ſubtiliſſime panis. Cetera pulueriꝫenſ: deinde miſceanſ: ⁊ fiat empl̃m ſine igne. ¶ Utilr hic eſt notãduꝫ: q̃ mẽbris ꝑncipalibus ⁊ maxime cordi ⁊ ſtomacho nullo modo apponẽda ſunt frigida actu quãuis potẽtialiter: ꝟtualiter frigida ſint: ſed aliqualr ſunt tepefacienda: ⁊ ꝓprie pueris: quare bñ notetur hic vt queãt inſtruere medicamẽta accipientes: qꝛ qñ dñi medici inaduertenter non explicãt de forma approximationis: ⁊ doctus apothecarius ſupplere põt. Et his emplaſtroꝝ cõmunium diſtinctio cõpletur que fuit. ix. diſtinctio.

¶ Incipit diſtinctio decima que eſt de cerotis: ⁊ continet nouem deſcriptiones. ¶ Quarum ꝑma eſt.

**Cerotum** diachilon magnuꝫ Meſue: qđ ab eo appellaſ emplaſtruꝫ: veꝝ qꝛ cõiter fit ad formã ceroti. ideo in eoꝝ ſũma ponã: exptum ad reſolutioneꝫ: ⁊ ad maturationẽ oĩs duritiei. ¶ ℞. litargirij mũdi triti ⁊ cribel. lib. i. olei hyrini: olei camomil. olei aneti. añ. ℥. viij. mucillaginis: ſ. lini mucillaginis: ſ. fenugreci mucillaginis: radicũ althee: mucillaginis: ficuum pinguium: mucillaginis paſſulaꝝ: ſucci hyreos: ſucci ſquille: yſopi humide: glutinis alçanach. añ. ʒ. xij. ß. terebẽtine. ℥. iij. reſine pini cere citrine. añ. ℥. ß. ꝯfice hoc modo. Accipe litargyrium ⁊ ſupraſcripta olea: ⁊ diu in mortario lapideo cũ piſtello ferreo conquaſſenſ ⁊ elaboreſ in eoꝝ cõquaſſatione per mediam horã ſaltẽ: deinde bulliant ſup ignem cũ facilitate ſemp ⁊ inceſſanter agitãdo cum ſpatula donec coaguleſ litargyriuꝫ. tũc deponanſ ab igne: ⁊ ꝑmittanſ infrigidari: deinde accipe mucillagines glutẽ ſuccum ⁊ yſopũ ⁊ terbẽtinã ⁊ inter eos aliquali ebullitione bulliãt. deinde in mortario cuꝫ litargyrio ⁊ oleis ꝑdicta ponanſ: ⁊ cũ piſtillo tm̃ cõquaſſenſ donec condecens fiat eoꝝ ꝑmixtio. Tunc iteꝝ oĩa reponanſ ſup igneꝫ ⁊ cera addita tm̃ coquanſ ꝙ ad debitam formã veniant. ſ. ꝙ habeãt ſolidiorẽ coctioneꝫ q̃ hẽre debeat vnguẽtuꝫ: ⁊ nihil vltra ne aduraſ. ¶ Sũt qui male ſcribunt ⁊ ꝓferunt hãc cõpoſitionẽ: ⁊ dicunt diaquilon ⁊ male. dꝫ. n. ſcribi diachilon. i. compoſitio facta cũ ſuccis ⁊ mucillaginib⁹ qui ſunt ſicut ſuccus. Naꝫ chilus. i. ſuccus. ¶ De alçanach inter doctores magna eſt ꝯtrouerſia. qdã dicunt ꝙ eſt mucillago radicis enule: ⁊ hoc ſatis ꝯſonũ eſt: eo qꝛ mollificatiua ⁊ reſolutiua. Alij dicũt ꝙ eſt mucillago radicis althee: ⁊ ſcribũt alçanach. Nec hoc remotũ eſt a ꝯſonantia cũ ⁊ illa ſit mollificatiua reſolutiua ⁊ maturatiua. Nõnulli alij. dicũt ꝙ eſt mucillago: radicis ariſtologie: ⁊ hoc etiã de apparentia hẽt: cũ ⁊ illa valeat in reſoluẽdis apatib⁹ ⁊ in extrahẽdo oſſa fracta: ⁊ ſcribũt alknach. Sunt ⁊ alij dicẽtes ꝙ eſt colla piſcis: qꝛ Mattheus ſil. dicit ꝙ alchanach eſt nomẽ cuiuſdã piſcis: ⁊ alibi ꝙ eſt ſpẽs cuiuſdã piſcis: ⁊ alibi ꝙ eſt quoddaꝫ gen⁹ piſcis: que ꝟo colla ſit remanet indeciſuꝫ. Et niſi cõpoſitũ hoc hẽret in ſe attractionẽ potẽtem ſane magis adhererẽ ſcđe opinioni ⁊ dimitterem hãc collã. Sed qꝛ medici cõpoſitionẽ hanc attractiuam dicũt vt expimẽto iam cõprobatũ eſt ⁊ extractio non fit niſi mediãte hac colla. igiſ poni facere potes collã piſcis diſſoluẽdo illã prius in aqua: ⁊ hoc idẽ faciũt cõiter practicantes in apothecis. ¶ Deſcriptio. 2.

**Diachilon** minus Meſue: cuius iuuamẽtum non eſt ad apoſtemata dura: ⁊ ad duritiem epatis ⁊ ſplenis ⁊ ſtomachi: ⁊ ad oẽm duritiem ⁊ ſcrophulas excoriatiuas ⁊ in oĩ fluxu epatico ⁊ ꝓprie cũ emplaſtraſ. Puluis radicis hyreos. ℥. i. Accipe ergo litargiriuꝫ ⁊ pulue. hyreos: ⁊ diu in mortario agitenſ: ⁊ vt ſupra tibi oſtẽdi in alio facias. Cõmemorando ꝙ coctio ſit media iter vnguẽtuꝫ ⁊ cerotũ. ¶ In oĩ cõpoſitione in qua itrant litargyriũ ⁊ mucillagines poſt coctionẽ litargyrij cũ oleo. Anteq̃ mucillagines ponanſ ſemper debem⁹ expectare infrigidationẽ vel ſaltẽ tepefactionẽ olei in quo eſt litargyriũ. Si. n. ipſis feruẽtib⁹ apponerenſ mucillagines adeo excreſcerẽt ſup capiã ꝙ maior pars in ignẽ ꝑdereſ. Et hoc ſepe vidi ꝯtingere famulis apothecarioꝝ non exptis. ⁊ tunc iudicabã illos idoctos huius artis: ⁊ qui ſe magiſtros eẽ dicebãt ineptiſſimi diſcipuli eſſe complebanſ. ¶ Deſcriptio. 3.

Vide in Meſue qñ h̃ locus ẽ intricat⁹.

**Cerotum** pro renibus meo ingenio reptum: vtile atq̃ mirabile ad ꝓhibendum aborſum in muliere pregnãte: vidi de eo vtilia expimenta: et maxime in illuſtriſſima nũc quõdaꝫ comitiſſa Burie in partib⁹ vltramõtanis vxore Illuſtriſſimi Philippi dñi de ſabaudia que habuit duos aborſus: approximato ceroto aliquo tpe portauit. Et illo ſemel relicto iteꝝ ad aborſum venit. In multiſq̃ alijs matronis ⁊ mulierib⁹. Illudq̃ cõpoſui dum Illuſtriſſime ſue dñationi ſeruirẽ. anno. M.cccclxxx. ¶ ℞. maſticis elec. ℥. i. laudani. ʒ. vj. cere citrine. ℥. ß. biſtorte. nucũ cypreſſi hypoqſtidos acatie: ſanguinis draco. roſaꝝ rubeaꝝ. coralloꝝ rubeorum ſandaloꝝ: mẽthe ſicce: ſeminũ coriãdroꝝ preparatoꝝ. gallie muſcate. terre ſigilla. añ. ʒ. ß. olei oliuaꝝ incõpletarum. lib. iij. pulueriçentur pulueriçãda: ⁊ fiat cerotuꝫ in bona forma: ꝙ ſi tenax non eſt addaſ parum terebentine. ¶ Cerotum dicitur a cera: qꝛ omne cerotum recipit ceram: vel aliquid loco cere: ⁊ eſt quoddam medium inter vnguentum ⁊ emplaſtrum: ſpiſſius vnguento: ⁊ liquabilius emplaſtro. ¶ Deſcriptio. 4.

**Cerotum** de gummis Meſue. ℞. galbani. ℥. i. armoniaci. ℥. ß. viridis eris. ʒ. ß. ariſtoſ. lõge. ariſtoſ. rotũde. thuris oppoponaci: maſticis cere. añ. ℥. i. olei oliuaruꝫ. ℥. viij. litargyrij. auſ. lib. i. ß. myrrhe. ℥. i. bdelij. ℥. ß. lapidis calamite: lapidis emathitis. añ. ʒ. i. pulueriçentur pulueriçãda: ⁊ gũme in aceto diſſoluanſ: et fiat cerotum in bona forma. ¶ Litargyrium ſi ſimpliciter ſcriptum repiatur de litargyrio auri itelligatur: q̃q̃ circa inſtãs aliter ſentiat. dicit eniꝫ ꝙ litargyriũ. ſ. fex ſtãni in vſu eſt: ⁊ cõiter eo vtimur: ⁊ fit p excoctioneꝫ: cũ ſit ſtãnũ ex vena terre. ⁊ hoc verum eſt ꝙ eo vti debem⁹ qñ intendimus multũ infrigidare. ¶ Deſcriptio. 5.

**Cerotũ** de laudão magr̃ale. Mirabilis iuuamẽti p ſtomacho ifridato ⁊ debilitato: ꝯfortãſ ꝟtutẽ digeſtiuã. ⁊ valẽs in paſſiõibus fridis ei⁹: ⁊ remouẽs dolores factos a vẽtoſitate digeſtiua. ¶ ℞. menthe roſarum abſinthij. ligni aloes. maſticis. cinamomi. ſpice nardi. myrtiloꝝ. añ. ʒ. iij. gariofiloꝝ. galãge. nucis muſ. macis. ꝫinꝫibe. gallie muſca. coſti. añ. ʒ. ß. ß. ciperi. calami aroma. olibani. aloes. myrrhe. coralloꝝ rubeorũ. añ. ʒ. j. ꝫedoarie. terre ſigillate. abrotani. centonici. cẽtauree maioris. ana. ʒ. j. ß. laudãi boni. ℥. ix. cere citrine. lib. ß. terebẽtine. ℥. viij. Liquefiant cera terebentina ⁊ laudanum ſil: deinde ſupraſcripte alie ſpecies apponantur. ¶ Aliqñ ſcriptũ reperies mẽthe ſicce: ⁊ abſinthij ſicci: ⁊ aliqñ mẽthe ⁊ abſinthij ſimplr. quereret aliqs quid i diuerſitate dicta eſt faciẽduꝫ. Ideo in hoc dico ꝙ auctores ſemper itelligũt de ipſis ſiccis q̃uis aliqñ nõ exprimãt ⁊ aliqñ ſic: ⁊ ꝓpter expreſſionẽ volunt poſtmodũ te intelligere

de ſiccis. ⁊ ideo expſſerūt in aliqb⁹ mēthe vel abſinthij ſicci id qd̄ volunt ꝙ tu in ceteris itelligas. Nā qñ volūt dictaꝝ humiditate herbaꝝ dicūt ſucci abſinthij vel ſucci menthe. quare bene nota. ¶ Deſcriptio. 6.

**Cerotum** pro crepatis gētilis in ſuis ɔſilijs. ɔſilio pmo: pcioſiſſimū ⁊ exptū: qd̄ i vſu eſt: ⁊ eſt ɔſolidatiuū didimi dilatati p quē inteſtina deſcēdūt ad oſſeū ſiue burſam teſticuloꝝ. ¶ ℞. picis liquide colophonie cere: ariſtologie lōge: ariſtologie rotūde: ꝯmiū terreſtriū: aloes. añ. ℥. iiij. litargirij armōiaci oppoponaci galbani maſticis bdelij: ſumach: añ. ℥. i. terebētine ſerapini ɔſolide maioris ɔſolide minoris. añ. ℥. i. viſci quercini: lapidis emathitis: olibāi gypſi: myrrhe: turis. añ. ʒ. ſ. gallaꝝ: nucū cypſſi: boli arme. hypoqſtidos: mumie. añ. ℥. vj. ſanguis drac. ℥. vij. ſanguis humani. lib. ij. ɔfice ſic. accipe pellē arietis cū pilis īde remotis: coquat in aqua tādiu donec tota liquefiat: ⁊ poſtea pmitte aquā infrigidare ⁊ reſidere: deinde accipe ſpēs bñ tritas ⁊ cribellatas ⁊ gūmas. ꝓus tñ diſſoluant i aceto fortiſſimo: que diſſolute ſāguine cōmiſceant: ⁊ h̄ oīa pmiſce in colatura aque arietis pellis in cacabo: ⁊ fac vt ſimul bulliāt donec ad nigredinem ⁊ formam ceroti veniant ⁊ vtere. ¶ Sanguis humanus dʒ extrahi ab hoīe ſano ſanguinee cōplexionis: ⁊ poſt extractionē dʒ in ceroto ilico poni: eo qꝛ lōga ipſius extractio corruptionē inducit. Aliqui volūt ꝙ prius exiccetur. ¶ Deſcriptio. 7.

**Cerotum** pro coſtis magiſtrale: valens ꝓprie ad dolorē pectoris ex frigiditate: mollificās ⁊ ſanās loca infrigidata. ¶ ℞. maſticis galbāi oppoponaci ſerapini armoniaci turis picis naualis yſopi humide. añ. ℥. ij. terebētine cere abſinthij fenugre. ſ. ſeminis camomille. añ. ℥. i. croci. ʒ. ſ. mucillaginis fenugreci mucillaginis ſeminis lini mucillaginis althee. añ. ℥. ij. ſ. miſce: ⁊ ex his fiat cerotum diſſoluendo prius gūmas in aqua decoctionis althee fenugreci ⁊ ſeminis lini: puluerizando etiam puluerizāda reducatur ad formam ceroti. ¶ Camomille ſi ſimpliciter ſcripta in cōpoſitis reperiatur ſemp de flore eſt intelligēdum. ¶ Mucillago althee ſi ſimpliciter ſcribat vel ſcriptū reperiat. de radice faciēda eſt vt doctores volunt. ¶ Deſcriptio. 8.

**Cerotum** oxicrocij Nicolai in magno antidotario: ex aceto ⁊ croco nomen habet: valet pcipue ad fracturas oſſium: ⁊ ad mēbra: que dolore aliquo affligunt: ⁊ apoſta dura in quacūqꝫ parte corpis fuerint remollit ⁊ diſſoluit. ¶ ℞. croci picis colophonie cere. añ. ℥. iiij. terebētine galbani armoniaci myrrhe olibani aloes: aliqui text⁹ non hñt aloem: maſticis. añ. ℥. i. ʒ. ij. ɔficiant ſic. Galbanum ⁊ armoniacū aliquātulum cōtuſa ponant in ſufficiēti quātitate aceti p noctem. mane ꝟo ponant ad ignē vſqꝫ ad liquefactionem dimittendo: poſt liquefactionē colent: ⁊ iteꝝ decoquant donec acetum ɔſumat: ⁊ tunc addat picis naualis liquefacte ⁊ colate cera colophonia ⁊ terebētina: ⁊ interuallo facto ponat maſtix olibanū myrrha ⁊ aloes ſemp cū ſpatula agitādo. Ad vltimū cū coctū fuerit in aqua frida funde. et exto ab aqua manib⁹ exprimat vt tota aqua exeat. Et ſup marmor vnctū oleo laurino puluere croci ſuppoſito malaxet. Et factis magdaleonib⁹ reſeruet. ¶ De croco h̄ in ceroto a varijs diuerſimode ponit: qdā poſt pfectam coctionē ceroti ⁊ poſtq̄ amotū eſt ab igne. Crocū intus ponūt: ⁊ cum alijs reb⁹ bene incorporāt. ⁊ modus iſte magis a doctorib⁹ laudatur. Alij ꝟo ſupradicto modo faciunt nec inutilis eſt. ¶ Deſcriptio. 9.

**Cerotum** de mucillaginib⁹ magrale: lenitiuū ⁊ mollificatiuū oīs duritiei. ¶ ℞. mucillaginis althee, mucillaginis fenugreci mucillaginis ſeminis lini. añ. ℥. vj. bdelij armoniaci oppoponaci. añ. ℥. ij. olei de lilio fecis olei linoſe. añ. ℥. iij. litargirij terebentine. añ. ℥. iiij. ſtora. ℥. ij. picis naua. ℥. iiij. cere noue. lib. ij. medulle bouis vel ſepi caſtra. ℥. iij. puluerizentur puluerizanda: ⁊ his fiat cerotū i bona forma. ¶ Nota ꝙ qñ ſtorax ſimplr̄ repit: de calamita eſt itelligēdū: cū melior ſit alijs ſpēbus. Nā calamita idē eſt ꝙ bona gutta a calos qd̄ eſt bonū ⁊ mitos qd̄ eſt gutta. ex his completur decima diſtinctio que fuit de cerotis in vſu exiſtentibus.

¶ Incipit xi⁹ diſtinctio que eſt de oleis: ⁊ cōtinet. xxx. deſcriptiones. Quarum prima eſt.

**Oleum** ſpice Meſ. ſeu nardinū. ⁊ eſt 2⁹ deſcriptio: multoꝝ iuuamētoꝝ: ⁊ ꝓprie ad oēs egritudines frigiditatis ⁊ vētoſitatis: ⁊ ꝓprie neruoꝝ: ſtōi: epatis: ſplenis: renū: veſice: ⁊ mātricis: ⁊ cōfert dolori auris vētoſo: ⁊ dolori capitis: ⁊ emigranee ſm oēm formā adminiſtratiōis. ¶ ℞. ſpice ide. ℥. iij. ſāluci. i. maiorāe. ℥. ij. xiloaloe. i. ligni alo. enule. ſ. radicis folij indi. calami arōatici. folioꝝ lauri. cipi. ſqnāti. cordume. i. carui agreſtis. añ. ℥. i. ſ. ɔfrangant oīa groſſo mō. ⁊ fundant ſup ea vini ⁊ aq. añ. tantū ꝙ pdicte res coopiant. olei ſiſamini. lib. vj. Decoquant in duplici vaſe p horas ſex lēto igne: deinde ſine colatura oīa in vaſe reponant ⁊ obturet os vaſis. ¶ Oleū oliuaꝝ eſt mā oium oleoꝝ: ⁊ denoīatiōe olei habetur: ⁊ itelligit de oleo oliuaꝝ ⁊ nō de alio oleo. ¶ Cōpoſitio huius olei eſt pcioſiſſima. Sed raro fit pp penuriam folij veri. Et pp auaritiam emptoꝝ nolētiū debitum pcium ſoluere. ¶ Oleum ſiſaminū non fit: qꝛ grana ſiſami non repiunt apud nos: ſed loco ipſius accipi poteſt oleum amigdalarum dulcium: vel illud quod inferius deſcribetur. ¶ Deſcriptio. 2.

**Oleum** ſpice magrale: ⁊ hoc cōiter fit: ⁊ ſupplet vicē ſupius qd̄ pp penuriā folij veri non fit. ℞. ſpice nar. ℥. ij. ſpice celti. ℥. i. ſticados. ʒ. ſ. maiora. ʒ. ſ. nucis muſc. cinamo. añ. ʒ. vj. maſti. ʒ. ij. calami aromati. croci. añ. ʒ. ſ. ſucci ſaluie vini optimi aque fōtis. añ. ℥. vj. olei cōis. lib. vj. Cōfrangant oīa ſil: ⁊ coquant in duplici vaſe lēto igne vſqꝫ ad ɔſumptionē vini aque ⁊ ſucci: deinde reſeruet. ¶ Oīa olea debēt coqꝫ in duplici vaſe ⁊ lēto igne: eo qꝛ oleū facilr̄ eſt reſolubile: ⁊ magno calore inflāmaret: ⁊ ꝟtus deꝑderet. iō doctores volunt ⁊ iuſſerūt hāc decoctionē. Modus aūt tritus eſt. Sed ſi artificiale vas ad hoc nō hēremus. poſſemus accipe vrceum petre vel ſtāni coopertū. ⁊ in eo oleū ⁊ alia ponere: deinde dcm̄ vrceū infundē in cacabo aque plenū: ⁊ ſub eo ignē facē: ex ebullitiōe aq: oleū qd̄ aquā nō tāgit decoqueret. ⁊ h̄ eſt modus optim⁹. ¶ Dicit oleū ſpice a ſpica in coītrāte: eo qꝛ ſpica eſt baſis i oleo. Deſcriptio. 3.

**Oleum** ſiſaminum magiſtrale: qd̄ fit quādo haberi non poteſt oleū de granis ſiſami: tamē ſi haberi poſſent melius eſſet. modus compoſitōis eius eſſet: ſicut olei de amigdalis: ⁊ eius iuuamenta ſunt: qꝛ impinguat: ⁊ addit in ſpmate: ⁊ lenit duricies: ⁊ aſperitates: ⁊ clarificat vocē: ⁊ lenit guttur: ⁊ eſt mā multorū oleorū. ¶ ℞. muſci. ʒ. i. ligni aloes. ʒ. ſ. nucis muſca. gariofiloꝝ macis ſpice cardamomi. ſ. maioris ⁊ minoris. gallie muſca. cubebe. calami aromati. ana. ℈. i. olei cōis lib. i. buliant in duplici vaſe: ⁊ reponātur. ¶ Iſtud oleū ingreditur in multis medicinis: ⁊ qꝛ ad nos non affert: q̄uis multi ⁊ falſe dicant: ꝙ verū apportatur: hanc compoſitionem loco ipſius ſolent medici diſpenſare que in virtute eſt ipſius. Et ſi hanc nō vis facere ⁊ aliud habere nō potes. Ipſoꝝ loco accipies oleū amygdalarū dulciū qd̄ in virtute eſt illius: vt omnis medicorū tenet ſchola: ſed recens eſſe debet non rancidū. Deſcriptio. 4.

Oleum citoniorum Meſue: ſtomachum ꝛ mēbra
nutritionis confortans ꝛ neruos quibus
accidit laxitas ꝛ prohibet multitudinem ſudoris. ¶ ℞.
carnium cytoniorum tritorū, cū cortice ſuo quibus me/
dia accidit maturatio ſucci cytoniorum cum cortice in/
complete maturatorum. aā. ℥. vj. olei ex oliuis immatu/
ris. lib. iij. Tria hec ponantur in vaſe vitreo: ꝛ ſoli expo/
nantur per dies. xv. vaſe obturato: deinde coquantur in
duplici vaſe per horas quatuor: deinde colentur cum pe
cis exprimendo: ꝛ colature iterum addantur cytonia: ꝛ
ſuccus eorum quantitate ſupraſcripta. Et ſoli per tan/
tum tempus dimittantur: deinde in duplici vaſe. vt ſu/
pra coquantur: deinde exprimantur. Et iterum tertio ꝛ
cytonia ꝛ ſuccus colature addātur. ꝛ ſoli exponantur:
ꝛ tempore dicto iterū dimittātur. poſtea vltime coquā
tur ꝛ coletur ꝛ reſeruetur. ¶ Si oleum de oliuis imma
turis haberi non poſſet loco ipſius accipi poteſt oleum
completū. ꝛ ter vel quater lauari poteſt in aqua. ꝛ ita alu
qualiter ad virtutem olei incompleti approximabitur.
Modus lauandi poſitus eſt ſupra. ¶ Deſcriptio. 5.

Oleum maſticis Meſue 2m: quod in vſu eſt confor
tans ſtomachum neruos epar ꝛ iuncturas
ꝛ lenit apoſtemata dura ꝛ ſedat dolores. ¶ Recipe olei
roſa. lib. i. maſticis. ℥. iij. vini boni. ℥. iiij. ꝛ in alio. ℥. viij.
decoquantur omnia in duplici vaſe vſqꝫ ad conſumptio
nem vini ꝛ reſeruetur. ¶ Vinum cum quo fieri debet il/
lud oleum debet eſſe vinum rubeum: eo qꝛ magis ſtipti
cum ꝛ confortatiuum eſt. ¶ Deſcriptio. 6.

Oleum liliorum ꝯpoſitū ſm Meſue in vſu ē. ſepa/
tiuū doloꝝ qui fiunt a friditate: ꝛ confert
dolori pectoris: dolori matricum ꝛ frigiditati eius: ꝛ ca/
lefacit renes ꝛ veſicam ꝛ confert colice. ¶ ℞. folijs liliorū
alborum. ℥. ix. maſticis calami aromatici coſti carpobal
ſami. aā. ℥. i. gariofilorum cinamomi. ana. ℥. 5. croci. ʒ. iij.
omnia groſſo modo conterantur ꝛ proijciantur ſup eis.
lib. ij. aq̄ folijs lilioꝝ remotis ꝛ dimittaſ p diē ac noctē.
poſtea omnia ſimul bulliant tribus vel quatuor ebulli/
tionis: deīde pone olei oliuarū vel ſiſamini ſuper ea. lib.
ij. De tribus ebullitionibus iteꝝ bulliāt: deinde ponanſ
in vaſe vitreo cū folijs lilioꝝ. ꝛ dimitte in ſole p dies. 40.
deīde cola ꝛ adminiſtra. Iſtō oleū qn̄qꝫ fit ex lilio celeſti. ſ.
hyreos. ꝛ tūc illud eſt magis reſolutiuum: calefactiuū:
penetratiuum. Factum vō ex lilio albo eſt magis ſedati/
uum ꝛ lenitiuum ꝛ maturatiuū. ¶ Deſcriptio. 7.

Oleum coſtinū Meſue: neruos ꝛ lacertos calefaci/
ens ꝛ aperiens oppilationes coꝝ ꝛ ꝯfortās
oīa membra neruoſa ꝛ ꝯfert ſtomacho ꝛ epati ꝛ ꝯfortat
capillos ꝓhibēs caniciē ꝛ faciēs colorē ꝛ odorē corpo/
ris bonū. ¶ ℞. coſti. ℥. ij. amari. caſſie lignee. ℥. i. ſūmitatū
maiorane. ℥. viij. vini odoriferi. lib. ij. confrangantur oīa
predicta: ꝛ infundantur in vino per noctes duas: deinde
accipe. olei ſiſamini. lib. iij. decoquantur omnia in dupli/
ci vaſe p horas ſex ꝛ reſerua. ¶ Hic nō q auctor dic̄ coſti
amari. ex his vbis poſſet qs credere q ſit aliud coſtum.
igiſ intelligas ex ſuis dictis. q te inſtruit q nō accipias
de adulterato: ſed de nāli quod amaꝝ eſt: ꝛ cū his ēt no/
ta q̄ ſupra de coſto tibi dixi. ¶ Deſcriptio. 8.

Oleum vulpinū Meſue: ꝛ eſt medicamen nobile
vltimum ad arteticam ꝛ podagrā ꝛ dolo/
rē renū ꝛ dorſi. ¶ ℞. vulpē integrā: cuius interiora ſint
euulſa: ꝛ pone in vaſe: ꝛ funde ſup ipſam aq̄ fontiū ꝛ aq̄
marine. an. kiſt. i. i. lib. i. 5. olei ātiq clari. kiſt. ij. 5. i. lib. iij.
℥. ix. Et ſil' oīa decoq̄nſ lento igne cū ſale. ʒ. iij. ꝛ coquāſ
vſqꝫ ad aq̄ cōſumptionē: deinde permuta in alio vaſe: ꝛ
ꝓijce ſuper ipſa. aneti alhaſe. i. thimū. aā. lib. i. ꝛ funde ſu/
per ea aque dulcis decoctionis predictarum herbarū.
lib. ij. Et decoque ſicut prius vſqꝫ ad aq̄ conſumptionē:
ꝛ carnis ab oſſibus ꝛ neruis ſpationem: deinde colenſ
omnia fortiter exprimendo ꝛ reſeruēſ. ¶ De aqua mari
na. Nam ſi illā habere nō potes loco eius apponas aquā
bene ſalitam: ꝛ cum hoc q bn̄ ſalita ſit iteꝝ quantitates
ſalis in receptis deſcriptaꝝ apponas. Aqua marina ante
quartū diē putreſcit ꝛ fetet. Sed ad eam cōſeruandum p
menſem ponatur ſeu miſceaſ cuꝫ ea parum aque vite. aq̄
eniꝫ vite eſt bona ꝯſeruatrix: eo qꝛ reſiſtit ꝯ oēm putreſa/
ctionem. Et vltra hoc ꝯſeruat encauſtrum ne a magno
frigore congeleſ. vt ſepe ego expertus ſum ꝫ incidenter.
¶ Salis ſi ſimplr ſcribaſ vel ſcriptum reperiatur ſemp
de vſuali ꝛ communi intelligatur. ¶ Kiſt enim idem eſt
quod libr. i. 5. vel cotile due. Et cotila eſt. ℥. ix. vt volūt
doctores. ¶ Deſcriptio. 9.

Oleum ſcorpionum ſm Meſue: qō lapidem in re
nibus ꝛ veſica frangit ꝛ expellit eū: ꝛ ꝓpe
in renibus: femore ꝛ ſuper collum veſice inunctū ꝛ inie/
ctū p vgam. ¶ ℞. ariſtologie rotun. gētiane ciperi corti
cum. radicis cappari. ana. ℥. i. funde ſuper ea groſſo mo/
do confracta. olei amigdalarum amaraꝝ kiſt. i. i. lib. i. 5.
ꝛ pone in ſole viginti diebus ſtringendo orificium vaſis
deinde proijce ſuper ea ſcorpiones. xv. ꝛ iterum ſtringe
orificium vaſis: ꝛ dimitte in ſole per dies. 30. deinde co/
letur ꝛ reponatur. ¶ Iſtud oleum quāquam Meſue iu
beat abſqꝫ coctione illud facere: tamen vt virtus iſtaruꝫ
rerum in oleo melius tranſeat laudarē q anteqꝫ ſoli ex/
ponerentur cum oleo ad ignē tribus vel quatuor ebul
litionibꝰ ꝛ plus bulliret: eo qꝛ in eo ſit mlta de decoctio
ne multum ſuſtinētia. ¶ Deſcriptio. 10.

Oleū hyrinum Meſue abſterſiuū reſolutiuū: matu
ratiuū: ꝛ ſedatiuum dolorum frigidorū: ſubti
liatiuū ꝛ maturatiuū materieꝝ in pectore ꝛ pulmōe exi/
ſtentium: ꝛ confert doloribus iuncturarum: ꝛ lenit duri
cies earuꝫ: ꝛ ꝯpata dura: ꝛ ſcrophulas: ꝛ confert dolori ꝛ
frigiditati matricis: ꝛ ſpaſmo ꝛ dolori auris: ꝛ fetori na/
rium. ¶ ℞. radicū hyreos. ℥. ij. floris eius. ℥. iij. aque dco
ctionis radicum eius lib. i. olei oliuaꝝ. lib. ij. bulliāt ī du
plici vaſe vſqꝫ ad aq̄ conſumptionē. deinde cola: ꝛ pmu
ta radices ꝛ flores: ꝛ aqua decoctionis. ꝛ hoc bis fiat: de
inde cola ꝛ reſerua. ¶ Oleum iſtud eſt illud quod ītrat
in vngꝰ arthanite Meſue ſupra deſcripto. ¶ Deſcri. xi.

Oleū de capparibus magiſtrale: cōueniēs ꝛ approba
tum in duriciebus ſplenis. ¶ ℞. corticum ra/
dicum capparorum. ℥. i. ſemis agni caſti ſcolopēdrie ci/
pi tamariſci. aā. ʒ. ij. rute. ʒ. i. olei oliuarū. lib. i. aceti vini
optimi. aā. ℥. ij. miſce: ꝛ cōfrangantur oīa groſſo mō: ꝛ co
quātur in duplici vaſe vſqꝫ ad conſumptionē vini ꝛ ace/
ti: deinde coletur ꝛ repone. ¶ Multe alie deſcriptiones
huius olei reperiunſ a doctoribus deſcripte: ſed iſta me
lior eſt. ꝛ lōga experientia ꝓbata. ¶ Deſcriptio. 12.

Oleum myrtiloꝝ Ioannis de ſancto amādo: ſtōꝫ
cor: ꝛ neruos cōfortās. ¶ ℞. myrtilorum.
lib. i. cōfrangants. vini optimi. lib. iij. olei cōis. lib. ij. miſce:
ꝛ ſil' bulliāt in duplici vaſe vſqꝫ ad ꝯſumptionē vini: de/
inde colentur. Et iteꝝ myrtili. ꝛ vinum ſm eandeꝫ q̄ti
tatem cum dicto oleo ad coquendū ponāſ: ꝛ iteꝝ tertio
fiat: deīde coleſ ꝛ reſerueſ. ¶ In hoc oleo apponi debet
vinuꝫ rubeū vt adiuuenſ in ſtipticitate ꝛ melius ſit. Nō
fit illō Meſue: qꝛ ſuccus myrtiloꝝ ad nos nō portaſ: qō
ſi haberi poſſet modus faciendi eſt. ſicut olei cytonioꝝ.
vt ſupra oſtenſum eſt. quare ꝛc. ¶ Deſcriptio. 13.

Oleum roſatū Meſue: ꝛ eſt pmus modus ꝯfortati
uum: reſolutiuum: ꝯuenienter: lenitiuum:
ꝛ ſedatiuū. Rude vō eſt extinctiuū inflāmationū ꝛ ꝯfor/
tatiuū: aggregatiuū: ꝛ ꝓhibitiuū curſuū. Et differt ꝯple

tum a rudi: quoniã materia completi eſt oleũ ex oliuis
completis ⁊ folia roſaꝝ completarũ. Materia autem ru
dis eſt. ex oliuis quibus nondũ accidit maturatio: ⁊ ex
folijs roſarum non completarum. ℞. olei oliua. non
complete maturitatis: vel oleum oliuaꝝ cõpletũ lib. i. la
uetur lauationibus pluribus cũ aqua fontium roſarũ
rubea. ꝯpletaꝝ recentium contuſarum. ℥. iiij. infundant
in preſcripto oleo loto: ⁊ reconde in vaſe vitreo: ⁊ obtura
os eius: ⁊ expone ſoli per dies ſeptem: deinde coque i va
ſe duplici ꝑ horas tres: deinde fac permutationẽ roſarũ
recẽtiũ ꝯtuſaꝝ: ꝑmas fortiter manibꝰ exprimẽdo: ⁊ ſoli
exponas per dies. vij. deinde coque in duplici vaſe ꝑ ho
ras tres: ⁊ iteꝝ cola manibꝰ exꝑmẽdo. fac denuo. ⁊ tertio
ꝑmutationẽ roſaꝝ. vt ſupra. ⁊ vltio ꝓijce ſuꝑ eas aq̄ in
fuſionis roſaꝝ quã tradidimꝰ in cap̄ de ſirupo ex infu
ſione roſaꝝ. lib. i. ⁊ ſtrige orificiũ vaſis: ⁊ dimitte in ſole
ꝑ dies. 40. deinde cola exꝑmẽdo ⁊ abijcias roſas. ⁊ iterũ
ſoli expõas: ⁊ ꝑmittas vſqꝫ q̄ aq̄ ſit cõſumpta ⁊ reſerua.
¶ Aqua infuſionis que intrat in hoc oleo fit quẽadmo
dũ tibi oſtendi ſupra tractatu ſirupoꝝ de infuſione roſa
rum pro ſirupo roſato. ¶ Deſcriptio. 14.

**Oleum** roſatũ Meſue 2m: habẽs virtutẽ ſuꝑioris:
efficit tamen aliqualiter ſolutiuum virtute
ſucci. ℞. ſucci roſarum aque infuſionis roſarum. ana.
lib. i. ſ. olei loti. vt ſupra lib. iij. foliorum roſaꝝ cõtuſarũ
lib. i. recõde in vaſe vitreo: ⁊ expone ſoli ꝑ dies. vij. ſic in
anteriori diximus: deinde coquant in duplici vaſe ꝑ ho
ras tres poſtea colent manibus exprimẽdo: deide adde
iteꝝ ſupraſcriptam q̄titatem roſarum ſucci ⁊ infuſiõis
⁊ facias vt ſupra ponẽdo in ſole ⁊ decoquendo tpe dcõ:
deinde cola. vltimo vo oleum ſolum cum ſucco roſarũ
⁊ aqua infuſionis eaꝝ in doſi preſcripta recondant i va
ſe: ⁊ exponat ſoli per dies. 40. deide reſeruet. ¶ Iſto mo
do raro fit: ſed hoc modo oleum factũ ẽ ſolutiuũ. ⁊ ẽ il
lud de quo intelligit Auic. qñ dixit 2º libro capl'o de ro
ſis: ꝙ oleum roſatum ſoluit ventrem. Nota ꝙ roſe ex q
bus fit oleum roſatum ⁊ ſirupus roſatus ⁊c. neceſſario
colligende ſunt in menſe Aprilis vel Maij ⁊ in vmbra
exiccande que exiccande ſunt. ¶ Deſcrip. 15.

**Oleum** camomille Meſue: bñdictum: expertorũ
iuuamẽtoꝝ: ſedatiuũ dolorũ: ⁊ reſolutiuũ:
⁊ eſt in eo prohibitio curſus materieꝝ propter ſtipticita
tem eius modicam: ⁊ confortat neruos: ⁊ neruoſa oĩa: ⁊
cõfert doloribus eoꝝ. ℞. olei oliuaꝝ complete matu
ritatis. lib. i. florum camomille. ℥. iiij. infundantur in di
cto oleo: ⁊ ſoli exponantur ꝑ dies tres: deinde in duplici
vaſe coquantur ꝑ horas tres: deinde colent manibꝰ cõ
primẽdo. ⁊ hoc fiat ter ſemꝑ flores ꝑmutando: deide vlti
mo adde dictã q̄titatẽ floꝝ. Aque infuſionis floꝝ ca
momille. lib. i. ⁊ pone in vaſe vitreo: ⁊ obturet orificium
vaſis: ⁊ exponatur ſoli per dies. 40. deinde cola manibꝰ
cõprimẽdo: ⁊ flores abijcias: ⁊ colatura iteꝝ ſoli expõat
⁊ permittatur vſqꝫ quo aq̄ tota ſit cõſumpta. ¶ Infuſio
floꝝ camomil. fit eodem mõ quo fit infuſio roſaꝝ acci
piendo flores camomil. loco roſarum ⁊ ſm eandem q̄ti
tatem ⁊ aque ⁊ florum. ¶ Deſcriptio. 16.

**Oleum** violaꝝ Meſue: inflãmationes ſedãs vbicũ
qꝫ ſunt ⁊ lenit aſperitates pectoris: ⁊ pul
monis ⁊ ſedat apata calida ⁊ pleureſiz. ℞. olei oliua.
immaturaꝝ. lib. i. violaꝝ. ℥. iiij. ſ. viridiũ ꝯtuſaꝝ reponã
tur in vaſe vitreo: ⁊ ſoli exponantur per dies ſeptẽ: deide
bulliant in duplici vaſe per horas tres. poſtea colentur
manibꝰ cõprimẽdo: ⁊ hoc fiat bis ſemper nouas violas
mutando ſoli exponendo ⁊ decoquendo. vt ſupra. Vltiº
vo colature adde violas nouas q̄titatem dictã: ⁊ ſupe
bis adde aq̄ iſuſiõis violaꝝ. lib. i. ⁊ ſtringe orificiũ vaſis
⁊ expone ſoli per dies. 40. deinde cola manibus expri
mendo: ⁊ iterum in dicto vaſe exponatur dimittatur ⁊
permittatur vſqꝫ quo aqua cõſumpta ſit. ¶ Infuſio vio
larum debet fieri. vt ſupra oſtendi in ſirupo violato ex in
fuſione. Accipitur igitur de illa aqua: ⁊ fit iſtud oleum.
¶ Deſcriptio. 17.

**Oleum** de aneto Meſue: ſedatiuum doloꝝ: reſolu
tiuũ: ꝓuocatiuũ ſudoris: ꝯferens rigori fe
bris inuncta ſpina: ꝓuocãs ſomnũ: ⁊ ꝯfert dolori capit'.
℞. olei oliua. lib. i. floꝝ aneti. ℥. iiij. reponant in vaſe vi
treo: ⁊ decoquantur vt in ſuperiore tibi dixi ter permu
tando flores: ⁊ ter decoquendo. vt ſupra vltimo adde aq̄
infuſiõis aneti. lib. i. Et ſoli exponas ꝑ tp̄s tibi in ſuꝑio
ri dcm̃: ⁊ oĩa facias de iſto quemadmodũ de alio ſuperio
ri mõſtraui. ¶ Modꝰ infuſionis floꝝ aneti eſt vt iſuſio
roſarum ⁊ violaꝝ nec plus nec minus niſi ꝙ loco viola
rum vel roſarum ponitur anetum. ¶ Deſcriptio. 18.

**Oleum** lilioꝝ ſimplex Meſue: hñs virtutẽ cõpoſi
ti ſuꝑioris. eſt. n. fortioris virtutis ⁊ opatio
nis q̄ꝫ oleũ camomillinũ. ℞. olei oliuaꝝ. lib. i. floꝝ li
lioꝝ albo. ℥. iiij. reponantur in vaſe vitreo: ⁊ ſoli exponã
tur: ⁊ mõ eo facias ⁊ de decoctione ⁊ de ꝑmutatiõe florũ
⁊ coctione ⁊ de aq̄ infuſiõis: quẽadmodũ feciſti in oleo
camõellino ⁊ anetino nec addendo nec diminuẽdo: ꝑter
q̄ꝫ opꝫ ꝙ citrinitas eoꝝ tota abijciat. ¶ Infuſionis mo
dus floꝝ lilioꝝ alboꝝ eſt vt infuſio roſaꝝ ⁊ viola. acci
piendo dũtaxat folia floꝝ lilioꝝ albo. ¶ Deſcriptio. 19.

**Oleum** ſambucinũ Meſue: leniens ⁊ mundificãs
cutim: ⁊ cõfert doloribus neruorũ ⁊ ꝯfor
tat eos. ℞. olei. lib. i. floꝝ ſambuci in menſe maij colle
ctoꝝ. ℥. iiij. facias ẽt de iſto mõ quo fit oleum camomel
linũ anetinũ lilioꝝ in oĩbus tã de ꝑmutatione q̄ꝫ de dco
ctione ⁊ ſoli expõne ⁊ infuſionis additione. ¶ Modus
infuſionis floꝝ ſambuci fit vt infuſio p̄ſcriptoꝝ florũ
vt roſaꝝ ⁊ violaꝝ ⁊c. ¶ Inſuꝑ nõ ꝙ oẽs p̄ſcripti flores
debent eẽ virides: ⁊ de ipſis viridibus eſt intelligendũ.
Iõ ſemel in anno fieri pñt ⁊ nõ plus. ¶ Deſcriptio. 20.

**Oleum** rute Meſue: renes: veſicã: ⁊ matricẽ ca
lefaciẽs: ⁊ cõfert doloribus eoꝝ. ⁊ dolo
ri lateꝝ. ℞. folioꝝ rute. ſucci eaꝝ. añ. ℥. iij. olei oliuaꝝ
incõpletaꝝ. lib. iij. Tria hec reponant in vaſe vitreo ſtri
cti orificij ⁊ obturetur os eius: ⁊ ſoli per dies. xv. exponã
tur: deinde per horas quatuor in duplici vaſe coquant:
poſtea colentur fortiter manibus comprimẽdo: ⁊ ſecũ
do ⁊ tertio hoc reiteret: demũ decoquatur per tp̄s. vt ſu
pra reſeruet. ¶ De oleo nõ ꝙ aliud eſt nouũ aliud eſt ve
tus. illud qð eſt nouũ calefacit calefactione temperata
humectat. vetus vo ẽ calidũ magis: magiſqꝫ reſolubile.
Igit cũ olea temperata facere vis vel parum calida oleũ
nouũ accipe debes. Cũ vo cal'a tũc vetus accipere potes.
¶ Et hic nõ ꝙ omne oleum cum quo hec olea fiunt dꝫ
carere omni malo ſapore. ¶ Deſcriptio. 21.

**Oleum** mẽte magiſtrale: ſtõ debili frigido ⁊ nauſe
anti miro modo ſubueniẽs: ipſum refocil
lans: ⁊ omnem eius iniuriam detergẽs. Nauſeã ⁊ vomi
tũ ſedans: digõnẽ confortãs ⁊ appetitũ ꝓcurãs: ſoluẽs
ſclirofim ⁊ duriciem apatum. ℞. folioꝝ mente ſucci
eius. añ. ℥. iij. olei oliuarum cõpletarũ. lib. iij. Tria hec
reponantur in vaſe vitreo: ⁊ ſoli exponatur per dies. xv.
os vaſis obturãdo: deinde bulliãt ꝑ quatuor horas: de
inde colentur manibus fortiter exprimendo: ⁊ hoc idẽ
ter reiteret ſemꝑ mõ p̄dicto faciẽdo: deide cola: ⁊ reſerua.
Iſtud oleũ a Meſue nõ deſcribit. Sed ſic cõiter ab om
nibus practicantibus fieri ſolet. ¶ Deſcriptio. 22.

**Oleum** de abſinthio magr'ale: calefaciẽs ⁊ confor
tans mẽbra frida: corroborãs ſtõm ⁊ exci

tans appetitum mortuū: oppilationes aperiens ꝛ mor/bos oppilationum a cauſa frigida curans: vermes inter/ficiens ꝛ educens ſi vnguentis ꝛ emplaſtris ꝯ ipſos ap/ponaſ. ¶℞. ſummitatum abſinthij ſucci eius. an̄. ℥. iiij. olei oliuaꝝ. lib. iij. ꝛ de his facias ꝑut ſuperius tibi mō/ſtraui ꝛ de decoctione permutatione ꝛ expōne ad ſolez. ¶ Oleum quandoqꝫ fit ex oliuis complete maturis: ꝛ illud oleum dr̄ completuȝ. Aliqñ fit ex oliuis immatu/ris: ꝛ illud dicitur rude vel onfancinum: ꝛ magis ſtipti/cum eſt ꝛ frigidum completo. ¶ Deſcriptio. 23.

Oleum ſaluie magiſtrale. Alteratiuum male ꝯplo/nis frigide: ꝯferens mēbris paralyticatis: ꝛ mitigans morſum venenoſum ſtrigonis marini. ¶℞. folioꝝ ſaluie ſucci eiꝰ. an̄. ℥. iiij. olei oliuaꝝ. li. iij. ꝛ facias ꝑut in oleo ruthe mente ꝛ abſint. tibi oñſum eſt de de/coctione ꝛ expōne ad ſolem: ꝛ trina ꝑmutatione ſucci ꝛ herbe ꝛc̄. ¶ Mō hoc potes facere ex oībus herbis ole/um: ꝛ illud oleū hēbit virtutem illius herbe. Sȝ fieri de/bent olea ex herbis in mēſe Maij vt in pluribus: eo qꝛ tunc maiori virtute vigent. Deſcriptio. 24.

Oleum de floribus papaueris Meſue: ſedās dolo/res calidos: ꝛ faciens ꝑncipaliter ad ſōnuȝ ꝑuocandū qñ cā vigiliarum eſt mala ꝯplo caſa ab aſcen/ſiōe vaporū acutoꝝ ad caput ſi ex ipſo inungant tēpo/ra nares aures ꝛ tota frons. ¶℞. floꝝ folioꝝ: ꝛ capituȝ papaueris viridiū ꝯtuſoꝝ. ℥. iiij. olei oliuaꝝ incompleti lib. i. reponanſ duo hꝭ in vaſe vitreo. ꝛ obtureſ os vaſis: ꝛ ſoli exponaſ ꝑ dies ſeptē: deinde bulliant in duplici vaſe per horas tres: poſtea colentur manibus fortiter exꝑmē/do: ꝛ hoc fiat bis ſemper noua folia capita ꝛ flores inno/uādo ſtādoqꝫ ad ſolē ꝛ bulliēdo ad ignē vt ſupra. Ter/tio vō colature adde ſupraſcriptā q̄ntitatē folioꝝ floruȝ ꝛc̄. ꝯtuſoꝝ. vt ſupra. Et his addas aque infuſionis papa/ueris. lib. i. ꝛ ſtrige orificiū vaſis ꝛ expōe ſoli ꝑ dies. 40. deinde cola manibus exprimēdo: ꝛ iteꝝ in dicto vaſe re/ponanſ: ꝛ ſoli exponanſ: ꝛ ibi ꝑmittanſ vſqꝫ ad conſum/ptionē aque. ¶ Iſtud oleuȝ fieri ēt pōt ex ſolo ſemine ꝑ expreſſionē: vt fit oleū amigdalaꝝ ꝛ ſeminū. ¶ Infuſio papaueris fit vt infuſio violaꝝ excepto ꝙ in illo ſolū flo/res accipimus, in iſto vero flores ſolia ꝛ capita oīum. ℥. iiij. ꝛ ꝯfrangunt. in reliqꝫ fit, vt in illa. ¶ Deſcript. 25.

Oleum cucurbite Me. Alteratiuū male ꝯplexiōis calide exceſſiue. vñ conuenit ſupflue calidi/tati renū: ꝛ quaſi eſt ꝯſilis v̄tutis ꝛ opatiōis cū oleo viol. ¶℞. ſucci raſure tenerrime cucurbi. floꝝ eius. an̄. ℥. iiij. olei oliuarum incompleti. lib. iij. Tria hec reponanſ in vaſe vitreo: ꝛ facias ꝑut oñdi tibi in oleo mēthe ꝛ abſin/thij tā de decoctione qꝫ expōne ad ſolē ꝛ ꝑmutatiōe ſuc/ci ꝛ raſure ꝛc̄. ¶ Olea oīa frigida perfectiora fiunt cum oleo incōpleto qꝫ cū completo: ꝛ ſi pur cū cōpleto fiunt lauari dȝ cū aq̄ fontis bis vel ter. Calida vō olea fieri de/bent cū oleo cōpleto abſqꝫ lotione. ¶ Pōt ēt fieri oleuȝ ex ſemine cucurbite per expreſſionem quēadmodū fiūt alia omnia ex ſeminibus ꝛ erit ſuperiori temperantior: ꝛ nature magis conformis. ¶ Deſcriptio. 26.

Oleum de nenufare Meſue. Cōueniēs q̄ſi cū oleo de papauere: non eſt tamen tante ſtupefa/ctionis: ſepe tñ cū q̄rimus ſomnū ꝑuocare ꝑmiſcemus adinuiceȝ oleū hoc cū oleo de papauere: eſt ēt alteratiuū male cōplonis calide vbicunqꝫ repiaſ. ¶℞. olei oliua/rū immaturaꝝ. lib. i. floꝝ nenufa. viridiū ꝯtuſoꝝ. ℥. iiij. reponanſ in vaſe vitreo: ꝛ facias ꝑut de oleo viola. tibi dixi ꝛ depoſitione ad ſolē ꝛ decoctione ꝛ de ꝑmutatione floꝝ ꝛ ō additiōe infuſionis. ¶ Infuſio nenufaris fit: ſi/cut infuſio violarum vel roſarum nec plus nec minus. ¶ Ex oībus floribus fieri pōt oleū ꝛ hȝ virtutē floꝝ: ꝛ fit vt de floribꝰ violarum tibi mōſtraui: ſed accipi debēt cum ſunt complete maturitatis: ꝛ cum non deperde/runt naturalem eius colorem. ¶ Deſcriptio. 27.

Oleum amigdaꝝ dul. Meſue. Leniens aſperitatē gutturis: ꝛ pulmonis: ꝛ partium omniuȝ exteriorum: ꝛ oēs durities: ꝛ ſiccitates mēbroꝝ: ꝛ iictu/raꝝ: ꝛ ꝯfert ethicis ꝛ īpinguat ꝛ augmētat ſpinā: ꝛ inie/ctū ꝯfert ardori vulue ꝛ veſice. ¶℞. amigdalas q̄ntitatē quam volueris. Contere eas bñ vel mole eas ad molaȝ: ꝛ ipſis bene molitis repone in patella ſub q̄ ſit ignis cla/rus: ꝛ eas in dcā patella reuolue manibus vſquequo di/cta paſta ſit bñ calida: deīde dicta paſta inuoluaſ in tela: poſtea in expreſſorio ponaſ: ꝛ bñ cōprimaſ: ꝛ ſtet ſub eo aliqualr̄: deinde iteꝝ ad molā ponas ad remolēdū: ꝛ po/ſtea ī patella iteꝝ ad bñ calefaciendū ponaſ: demū poſt calefactionē peciꝫ inuoluaſ: ꝛ iteꝝ exprimatur: ꝛ tunc hēbis totū oleū. Alios modos ponit Meſ. Sed iſte ma/gis vſitatus ē. ¶ Sunt q ſubtilē corticē ab amigdala re/mouent anq̄ oleum faciant: eaſqꝫ mūdant ab oī imūdi/tie: ꝛ modus iſte bonus eſt: ꝛ oleum magis ꝑfectū: Sed inertia detēti pauci ſunt qui hoc faciāt. Mō igiſ preſcri/pto de oleo amigdalaꝝ fiūt oīa olea q̄ ꝑ expreſſionē fiūt vt de nucleis perſicoruȝ: de chriſomilis: ꝛ oleo amigda/larum amararum. ¶ Deſcriptio. 28.

Oleum laurinū magr̄ale. Cōueniēs omni male cō/plexioni frigide māli ꝛ īmāli: ꝯferēs dolo/ribus epatis: emigranee: ꝛ neruoꝝ: ꝛ iuncturaꝝ factis a cā frida: ꝛ ꝯferēs dolori ſtōi colico renū: matr. cis: epatis: ſplenis ꝛ viſceꝝ: ꝛ cū ſūt cā vel ventoſitate groſſa factis. ¶℞. baccaꝝ lauri q̄ntitatē quaȝ volueris. Mundenſ a ſuperiori cortice: ꝛ maſinenſ bñ ad maſinam olearioꝝ: d/inde calefiat illa paſta in cacabo ſemꝑ manibꝰ agitādo ſb quo ſit ignis: deinde inuoluaſ in pecia: ꝛ ſub expreſſorio ponaſ ꝛ bñ exprimaſ ꝛ iterato remaſineſ ꝛ calefiat ꝛ exp/maſ ꝛ hēbis oleum. ¶ Alio mō docet facere Meſ. hoc oleū bulliendo in aq̄ dicte bacharꝫ: ꝛ pinguedo ſupna/tās ꝑ ipſo oleo accipiſ: vide ab eo: ſed modus ſupior eſt melior. ¶ Ex multis ſemibꝰ ꝛ ex mltis nucleis fructuū olea fieri pñt: ſed qꝛ in vſu nō ſunt ſermonē nō feci. Olea nucū amigdalaꝝ amara. auellane. chryſomille: de pſicis de nuce inda: de cereſis: de granis citri: de fiſticis: ꝛ pinis de lino: de ſeīe papaue. de ſeīe lactu. de ſe. cucurb. de ſe. fe/nugre. fieri pñt ꝛ fiūt per expreſſionē mō quo fiunt olea amigdalarum vel dulciū vel amaraꝝ. ¶ Deſcrietio. 29.

Oleum amigdalarum magiſtrale habens virtuteȝ olei amigdalarum ſuperius deſcripti: imo in omnibus excellentius. ¶℞. amidalaꝝ excortica. lib. iiij. vel lib. ij. ſi vis exiccēſ bene ab aqua in bacilono ſub q̄ ſit ignis carbonum: deinde bene piſtentur: poſt bonam contuſionem ponatur in bacilone dicto ꝛ bene calefiāt manibus ſemper ducendo: deinde recolligantur in vnā maſſam: ꝛ ſi teneri per ſe non poſſent parum aque viola/rum aſpergaſ vſqꝫ quo de eis fieri aliquid poſſit ad moꝰ paſtoni: ſemper tñ manibus ducendo. Poſtea incliuato bacilone ad vnā pōnē ſub quo remoueaſ ignis maſſam dictā manibꝰ cōprimes quēadmodū mulieres ſolent fa/cere cū pannos ſuos in lixiuiā: ꝛ poſt aliqualē fricationē cū ſapone illos exprimūt: ꝛ hoc ſepe facias. Et ſic exhebis ꝑ oī lib. i. amigdalaꝝ. ℥. iiij. olei. hoc ego ſepe fieri feci ꝑ illuſtriſſima. N. quondam dña Brixie. ¶ Oleum amig/dalaꝝ ſimplr̄ ſi ſcriptū repiaſ ꝛ abſqꝫ determinatiōe. Sē ꝑ de oleo amigdalaꝝ dul. ē intelligēm. ¶ Deſcriptio. 30.

Oleum tartari magr̄ale: ꝛ eſt quo mulieres liniunt facies ſuas. abſtergit. n. faciem mirabiliter ¶℞. tartari q̄ntitatē quam volueris ponatur ſuper pru/nas: ꝛ tñ permittaſ ꝙ totū inflāmeſ ꝛ rubeat: poſtea

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

urn:nbn:de:hbz:061:2-9017-p0051-2

ponaẗ in ſacculo lineo: ⁊ pone dictū ſacculū in loco humido ſicut penu: ⁊ ſub ſacculo ponatur vel ampula vel cyatus. q̄ꝛ.n. exiet ab eo oleum tartari ab omnibus ſolet appellari. ¶ Hoc oleū pōt fieri tā de tartaro albo.ſ. vini albi q̄ꝫ vini rub. Et ſunt q̄ alio mō faciunt.ſ. puluerizando tartaꝝ ſubtiliter: deinde in ſacculo tele reponūt: ⁊ ipſꝫ ſacculū ⁊ tartaꝝ irrorāt aceto: deīde ſub prunis ponūt: ⁊ relinquūt vſq3 q̄ nigreſcit: deinde extrahūt illud a ſacculo: ⁊ iteꝝ puluerizāt ⁊ aceto aſp̄gūt: ⁊ ſub prunis ponūt ⁊ poſt ipſius nigredinē ſacculū accipiunt. ⁊ in penu ponūt liquor exit. vt ſupra. ¶ Quinq3 modis hētur diuerſitas oleoꝝ. q̄dā.n. olea fiūt p expreſſionē. vt oliuarū ⁊ amigdalaꝝ. Quedā p impreſſionē vt oleū camomille ⁊ de abſinthio. Quedā p reſolōnē: vt oleū ouoꝝ ⁊ frumēti. Quedā p ſublimationē. vt oleū philoſophoꝝ vel de lateribꝰ. Quedā vō p emanationē. vt oleū balſami. ¶ Et iteꝝ oleoꝝ triplex eſt diuerſitas. quedā.n. ſūt frida vt roſatū violetū. q̄dā tēperatū vt amigdalaꝝ dul. recens: co qꝛ elapſo menſe rāceſcit: ⁊ ſic ſua tēperies deperdiẗ: ⁊ calidū fit. ideo dixi recēs. Et q̄dā calā: vt rutaceū: coſtinū: vulpinū. ¶ Olea frida q̄to recētiora tanto meliora: cuꝫ tranſeunt tres menſes virtus ipſoꝝ perditur: ⁊ calida fiunt. Tēpata vō vſq3 ad ſex mēſes ſunt in ſua bonitate. Calida vō ſeu calefaciētia q̄to antiquiora tanto meliora: ⁊ ſic hēs diſtōnē oleoꝝ q̄ fuit vndecima in ordine.

¶ Incipit 12ª que eſt de artificio cere: ⁊ cōtinet ſex modos preparationis.

Cera enim qd ſit: ⁊ quō a melle ſepetur: quō fiat a doctoribꝰ lōgo ⁊ claro ſermōe ptractatū ē: ita vt ⁊ mulieres ⁊ ruſtici magri effecti ſunt. Igiẗ de ipſius artificio ſcribere reſtabat. A cera igiẗ rubea faciam initium. ¶ Modus primus.

